The Digital *Compendium moralium notabilium* Project
(https://compendium-project.wlu.ca)

716 quotations attributed to Cassiodorus in the *Compendium moralium notabilium*
(from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 1, Rubrica 4: De munere diuino (fol.2ra):

Cassiodorus epistolarum libro 9. capitulo 24. **Deo auctore omnia prosperantur.**[1] 25. capitulo et finali. **Ad omnia redditur habilis quem imbuit doctrina celestis**.[2] Libro 10. capitulo 1. **Deus conseuit casus asperos in prospera commutare**.[3] 31. capitulo. **Omnis prouectus ad deitatis est munera referendus: nec aliquid constat esse bonum: nisi quod ab ipso dignoscitur esse collatum**.[4]

1. Quapropter iuuante deo, quo auctore omnia prosperantur, ab indictione duodecima in praefecturae praetorianae te suggestu atque insignibus collocamus, ut probatum iudicem sine metu prouinciae suscipiant, quas hactenus inproborum cognouimus actione fatigatas.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.24 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.377, ll.61-66).

2. Sic ad omnia redditur humilis, quem inbuit doctrina caelestis.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.25 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.380, ll.75-76).

3. Adeo uobis, clementissime principum, distulimus hactenus indicare filii nostri gloriosae recordationis occasum, ne amantis laederemus animum per tristia nuntiorum: sed nunc iuuante deo, qui consueuit casus asperos in prospera commutare, illa magis elegimus in uestram deferre notitiam, de quibus nobis cum possitis participata exultatione gaudere: iuuat enim diuina munera diligentibus confiteri.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.384, ll.2-8).

4. Quamuis omnis prouectus ad diuinitatis est munera referendus nec aliquid constat bonum, nisi quod ab ipso dinoscitur esse collatum, tamen quam maxime causa regiae dignitatis supernis est applicanda iudiciis, quia ipse nihilominus ordinauit, cui suos populos parere concessi.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.31 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.414, ll.2-6).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 4: De retributione dei (fol.2ra):

Cassiodorus epistolarum libro 10. capitulo 16. **Remunerator est bonorum omnium deus**.

> Ipse enim remunerator est bonorum omnium deus: nam quicquid in subiectos piétais efficimus, illum nobis repensare sine dubio iudicamus.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.16 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.399, ll.17-19).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 8: De charitate seu dilectione et odiositate dei ad hominem (fol.3va):

Cassiodorus epistolarum libro 8. capitulo 26. **Quos superna protegunt felices aduersa habere non possunt**.

> Robustius enim inimici nostri uicuntur moribus bonis, quia quos superna protegunt, felices adversarios habere non possunt.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.26 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.333, ll.15-17).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 8: De timore dei (fol.5ra):

Cassiodorus epistolarum libro 9. capitulo 25. **Semper bene geritur si celestis metus humanis moribus apponitur: hinc etenim virtutum omnium sumitur agnitio: hinc sapientia veritatis sapore conditur**.

> Hos igitur mores lectio diuina solidauit, quando semper bene geritur, si caelestis metus humanis motibus obponatur. Hinc enim uirtutum omnium sumitur manifesta cognitio: hinc sapientia veritatis sapore conditur.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.25 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.380, ll.72-75).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 19: De charitate religiosa hominis ad proximum (fol.7rb):

Cassiodorus de charitate dei capitulo 29. **Omnium bonorum radix est charitas**.

> Et omnium malorum radix est cupiditas, et omnium bonorum radix est caritas.
>
> Bernardus Claraeuallensis, *Sententiae*, 3.67 (SBO 6.2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.116, ll.7-8).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 20: De elemosyna (fol.8ra):

Cassiodorus epistolarum libro 12. et finali capitulo 13. **Qui potest esurientibus subuenire si non pascit extinguit**.[1] 27. epistola et penultima. **Egentibus iustum est non diuitibus subueniri: fundit potius qui mittit in plenum**.[2]

1. Additur quod Talibus non dare tulisse est, et merito: quando qui potest esurientibus subuenire, si non pascit, extinguit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.13 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.478, ll.31-33).

2. Egentibus iussum est, non diuitibus subueniri. Fundit potius, qui mittit in plenum, nam illud potius reconditur, quod uasis uacis congregatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.27 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.496, ll.14-17).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 25: De mundo et carnalibus concupiscentiis contemnendis propter futuram gloriam anime post mortem corporis (fol.9vb):

Cassiodorus epistolarum libro 4. epistola 36. **Melius est damna presentia contemnere quam exiguo questu perpetua commoda non habere**.

> Melius est enim praesentia damna contemnere quam exiguo quaestu perpetua commoda non habere.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.36 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.164, ll.6-7).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 28: De paradiso salute premio et gloria animarum bonorum hominum (fol.11rb):

Cassiodorus epistolarum libro 2. capitulo 40. **In celesti beatitudine veraciter sine fine gaudium est. Sine aliquo tedio manens semper eternitas. Et inspectio sola diuinitatis efficit vt beatius esse nil possit: hec veraciter perhennitatem prestat: hec iocunditas accumulat**.[1] Idem Cassiodorus de anima capitulo 14. **Cum fuerimus hac luce imperio creatoris exuti: simul corporis appetitiones et imbeccillitates amittimus: non enim vlterius labore frangimur: non cibo reficimur: non ieiunii diuturnitate quassamur: sed in anime nostre natura iugiter perseuerantes nihil boni malique faciemus: sed vsque ad diem iudicii: aut de preteritorum actuum prauitate meremus: aut operationis nostre probitate letamur: tunc autem accipiemus factorum omnium plenissimum fructum quando voce domini aut repudiati fuerimus: aut ad regnum perennitatis admissi**.[2] **Distans beatitudo bonos continet: et impios dispar pena constringit**.[3]

1. Bene quidem arbitari, si causam caelestis beatitudine non in sonis, sed in creatore posuissent, ubi ueraciter sine fine gaudium est, sine aliquo taedio manens semper aeternitas, et inspectio sola diuinitatis efficit ut beatius esse nil possit. Haec ueraciter perennitatem praestat, haec iucunditates accumulat: et sicut praeter ipsam creatura non extat, ita sine ipsa incommutabilem laetitiam habere non praeualet.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.40 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.91, ll.128-135).

2. Nam cum fuerimus hac luce imperio creatoris exuti, simul corporis appetitiones et imbecillitates amittimus. Non enim ulterius labore frangimur, non cibo reficimur, non ieiunii diuturnitate quassamur, sed in animae nostrae natura iugiter perseuerantes, nihil boni malique faciemus, sed usque ad tempus iudicii aut de praeteritorum actuum prauitate maeremus aut de operationis nostrae probitate laetamur. Tunc autem recipiemus factorum omnium plenissimum fructum, quando uoce Domini aut repudiati fuerimus aut ad regnum perennitatis admissi.

   Aurelius Cassiodorus, *De anima*, 14 (CCSL 96, J.W. Halporn ed., p.565, ll.5-14).

3. In ipso tamen supplicio pro meritorum qualitate diuersitas est; nam et distans beatitudo bonos continet et impios dispar poena constringit.

   Aurelius Cassiodorus, *De anima*, 15 (CCSL 96, J.W. Halporn ed., p.566, ll.13-15).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 5: De tranquillitate et bona vita et non bona (fol.18vb):

Cassiodorus epistolarum libro i. capitulo i. **Omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas: in qua et populi proficiunt et vtilitas gentium custoditur: hec est enim bonorum artium mater: hec mortalium genus reparabili successione multiplicans: facultates protendit: mores extollit: et tantarum rerum ignarus agnoscitur: qui eam minime quesisse sentitur**.[1] Libro 5. capitulo 39. **Illa vita vere hominum est: que iuris ordine continetur: nam beluarum ritus est sub casu viuere**.[2] Libro 11. capitulo 9. **Amate viuere quieti**.[3]

1. Omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas, in qua et populi proficiunt et utilitas gentium custoditur. Haec est enim bonarum artium decora mater, haec mortalium genus reparabili successione multiplicans facultates protendit, mores excolit: et tantarum rerum ignarus agnoscitur qui eam minime quaesisse sentitur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.9, ll.5-10).

2. Decet prouincias regno nostro deo auxiliante subiectas legibus et bonis moribus ordinari, quia illa uita uere hominum est, quae iuris ordine continetur. Nam beluarum ritus est sub case uiuere: quae dum rapiendi ambitu feruntur, inprouisa temeritate succumbunt.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.39 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.212, ll.2-6).

3. Nolite inardescere ad praesumptiones illicitas: amate uiuere quieti: transigite semper innoxii.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.8 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.435, ll.12-14).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 1: De naturalitate et consideratione morali (fol.19ra-rb):

Cassiodorus epistolarum libro 4. capitulo 38. **Repugnante natura quelibet cedit industria**.[1] Libro 6. capitulo 11. **Non coalescunt spersa semina: nisi et terre qualitas fuerit operata**.[2]

1. Repugnante siquidem natura quaelibet cedit industria, nec prodest studium laboris impendere, quem ubertas loci non cognoscitur adiuuare.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.38 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.167, ll.13-16).

2. Quapropter nos dedimus delectabilem honorem, tu conuersationis associa dignitatem, nam utraque sibi coniuncta sunt: unum pendet ex altero: non coalescunt sparsa semina, nisi et terrae qualitas fuerit operata: habiturus messem de nostra gratia copiosam, si a te iudicia nostra cognouerimus optime fuisse tractata.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.11 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.240, ll.18-23).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 2: De moralitate (fol.19va):

Cassiodorus epistolarum libro 11. capitulo 2. **Raro omnium bonum est dominum triumphare de moribus**.

> Rarum omnino bonum est dominum triumphare de moribus et hoc consequi in florida aetate, ad quod uix creditur cana modestia peruenire.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.423, ll.32-34).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 3: De moralitate (fol.19vb):

Cassiodorus epistolarum libro 6. capitulo 24. et penultimo. **Ratio motus vestros componat**.

> Ratio motus uestros componat, qui rationales uos esse cognoscitis.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.24 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.256, ll.10-11).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 6: De naturali errore circa se et alium (fol.20vb):

Cassiodorus epistolarum libro i. capitulo 4. **Uoluntas recta in grauibus passionibus non est.**

Nam et medendi peritus inuitum frequenter saluat aegrotum, dum uoluntas recta in grauibus passionibus non est, sed potius illud appetitur quod a salutis grauare posse sentitur.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.17, ll.13-16).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 8: De defectu naturali humane mortalitatis et naturalitatis (fol.21rb):

Cassiodorus epistolarum libro 5. capitulo 4. **Nimis rarum est solide loqui: et cui multa dicere suppetunt titubantia non proferre**.[1] Libro 11. epistolarum 2. **Unus saciare non valet omnium vota**.[2]

1. Nimis rarum est, patres conscripti, solidum loqui et, cui multa necesse est dicere, titubantia non proferre.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.185, ll.34-35).

2. Subuenite, patres conscripti, et agendo pro me communibus dominis gratias debitum meum uestra satisfactione persoluite: nam sicut unus satiare non ualet omnium uota, ita multi unius possunt complere disposita.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.426, ll.150-154).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 14: De crebritate seu frequentia et raritate vsus rerum (fol.23ra):

Cassiodorus epistolarum libro 8. capitulo 20. **Bonum insolitum plus amatur**.

> Bonum insolitum plus amatur et sequenti gaudio confert dulcedinem temporum praemissa tristitia.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.20 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.325, ll.20-21).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 16: De nouitatibus (fol.23ra-rb):

Cassiodorus epistolarum libro i. capitulo 38. **Primordia cuncta pauida sunt: et aliter timiditas non tollitur nisi cum rebus necessariis nouitas arrogatur**.[1] Libro 3. capitulo 17. **Non sit nouitas molesta que proba est**.[2] Libro 11. capitulo 2. **Semper nouitas incerta tentatur**.[3]

1. Primordia cuncta pauida sunt et aliter timiditas non tollitur, nisi cum, rebus necessariis nouitas abrogatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.40 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.45, ll.18-20).

2. Non sit nouitas molesta, quae proba est.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.17 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.110, ll.17).

3. In ipsis quoque primordiis, quando semper nouitas incerta temptatur, contra Orientis principis uotum Romanum fecit esse Danubium.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.424, ll.71-74).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 18: De senum moralitate et naturalitate (fol.24ra):

Cassiodorus epistolarum libro 8. epistola 9. **Senes ipsi consiliis sapientiam discunt.**[1] Idem de anima capitulo 8. **Corporalibus sensibus quietis profundius aliquid firmiusque tractamus hinc est quod etate maturi melius sapere iudicantur: quia senescentibus membris et corporalibus sensibus emollitis pro maxima parte in consilium transeunt: vbi dum mens amplius occupatur robustior virtutis adunatione efficitur: sed interum desipiunt cum nimia debilitate deponuntur: quoniam datum est animal ad tempus suorum sequi corporum necessitates.**[2]

1. Senes ipsi consiliis sapientiam discunt.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.9.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.307, ll.13).

2. corporalibus sensibus quietis, profundius aliquid firmiusque tractamus. Hinc est quod aetate maturi melius sapere iudicantur quia, senescentibus membris et corporalibus sensibus mollitis, pro maxima parte in consilium transeunt. Vbi dum mens amplius occupatur, robustior uirtute adunationis efficitur, sed iterum desipiunt, cum nimia debilitate deponuntur, quoniam datum est animabus ad tempus suorum sequi corporum necessitates.

   Aurelius Cassiodorus, *De anima*, 8 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.551, ll.11-18).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 1: De iustitia equitate et iniquitate (fol.25ra):

Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 10. **Nimis absurdum est: vt quos pena meruit consumere etiam sibi lucra valeant vendicare.**[1] 26. epistola. **Satis absurdum est vt affligatur damnis qui commoda non habet actionis.**[2] Libro 3. epistola 11. **Iusta sequere.**[3] Epistola 13. **Nescit personas respicere: qui meram cogitat equitatem.**[4] Epistola 24. **Acquiescite iustitie: qua mundus letatur.**[5] Epistola 27. **Tamdiu iudex dicitur: quamdiu et iustus putatur.**[6] Epistola 41. **Tolerabile fit omne quod equali ordinatione disponitur: quia diuisum onus sub communione subiectos certum est non grauare.**[7] Libro 4. epistola 10. **Furentes iusta non sentiunt: quia dum commoti animo in vindictam seuiunt: rerum temperantiam non requirunt.**[8] Epistola 14. **Magni peccati genus est alienis debitis alterum pregrauare. Sua quemque damna respiciant.**[9] Libro 6. epistola 5. **Theodoricus rex ait: Pro equitate seruanda et nobis patimur contradici: cui etiam obediri oportet.**[10] Libro 7. epistola 8. **Quicquid non discutitur: iustitia non putatur.**[11] Epistola 26. **Iustitiam ita cunctorum sensibus beneficium diuinitatis attribuit: vt et qui nesciunt iura rationem tamen veritatis agnoscant.**[12] Libro 8. epistola 20. **Ultra omnes impietates est: nocere lesos qui sanare creditur vulneratos.**[13] Libro 9. epistola 2. **Uix audet quisquam in illos accedere: in quibus culpas non potest inuenire.**[14] Epistola 10. **Nullum ledit obseruata iustitia.**[15] Epistola 15. **Omnia decet sub ratione moderari: nec possunt dici iusta que nimia sunt.**[16] Epistola 20. **Intelligimus de inopia iustitie copiam venire causarum.**[17] Libro 11. epistola 13. **Predoni similis est qui sub iniqua cupit voluntate distrahere: vtrosque enim constat aliena diripere: et considerationem iustitie non habere.**[18] Libro 12. et finali epistola 2. **Iustitia omnes clarificat: quos sui participatione sublimat.**[19] **Omni laude decoratur: qui iustus edicitur.**[20] Epistola 3. **Iustitiam nimis diligunt: qui frequenter prelia tractauerunt.**[21] Idem de anima capitulo 7. **Aduersum praua vel iniqua iustitie minime obiectum est.**[22]

1. Nimis enim absurdum est ut, quos poena meruit consumere, etiam lucra sibi ualeant uindicare.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.10.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.62, ll.16-17).
2. Si uero siliquatarius hunc titulum negotiatoribus iudicat abrogandum, nullam ab eis exigat pensionem, quia satis absurdum est, ut affligatur damnis, qui commoda non habet actionis.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.26.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.76, ll.25-27).
3. Aura fuge, iusta sequere modesta dilige, iracunda contemne.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.11.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.106, l.18).
4. Censebis ergo in commune, quae sunt amica iustitiae, quia nescit personas respicere qui meram cogitat aequitatem.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.13.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.108, ll.15-17).
5. Res parua non uos ducat ad extrema discrimina: acquiescite iustitiae, qua mundus laetatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.24.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.115, ll.16-17).
6. Tamdiu enim iudex dicitur, quamdiu et iustus putatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.27.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.117, ll.14-15).
7. Tolerabile fit omne quod aequabili ordinatione disponitur, quia diuisum onus sub communione subiectos certum est non grauare.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.41.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.125, ll.1-3).

8. Furentes iusta non sentiunt, quia dum commoti animo in uindictam saeuiunt, rerum temperantiam non requirunt.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.10.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.125, ll.1-3).

9. Magni peccati genus est alienis debitis alterum praegrauare, ut qui potest exigi non mereatur audiri. Sua quemque damna respiciant.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.14.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.152, ll.1-3).

10. Nam pro aequitate seruanda et nobis patimur contradici, cui etiam *** oportet obediri.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.5.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.230-1, ll.36-38).

11. quicquid non discutitur, iustitia non putatur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.8.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.269, ll.35-36).

12. Quam ita cunctorum sensibus beneficium diuinitatis attribuit, ut et qui nesciunt iura rationem tamen ueritatis agnoscant.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.26.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.282, ll.10-12).

13. ultra omnes impietates est nocere laesos, qui sanare creditur uulneratos.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.20.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.324, ll.26-27).

14. uix audet quisquam in illos excedere, quibus culpas non potest inuenire.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.2.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.345, ll.50-51).

15. nullum laedit obseruata iustitia.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.10.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.358, ll.29-30).

16. omnia decet sub ratione moderari nec possunt dici iusta quae nimia sunt.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.15.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.363, ll.30-32).

17. intelligimus de inopia iustitiae copiam uenire causarum.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.20.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.363, l.5).

18. Praedoni similis est, qui sub iniqua cupit uoluntate distrahere: utrosque enim constat aliena uelle diripere et considerationem iustitiae non habere.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.12.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.441, ll.10-12).

19. Nullum repudiate sequenda iustitia: omnes clarificat, quos sui participatione sublimat: minorem se ille solus facit, qui ab ipsa discesserit.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.2.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.465, ll.19-22).

20. Nullam gloriam recipit qui diues uocatur: contra omni laude decoratur: qui iustus edicitur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.2.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.465, ll.22-24).

21. Viri fortes semper in pace modesti sunt et iustitiam nimis diligunt, qui frequenter proelia tractauerunt.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.3.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.467, ll.28-30).

22. Primum aduersum praua uel iniqua iustitiae munimen obiectum est cuius, ut ueteres definire uoluerunt, talis noscitur esse complexio.

Aurelius Cassiodorus, *De Anima*, 7 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.548, ll.1-3).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 2: De bonitate et prauitate (fol.26ra):

Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola 11. **Ad tramitem recti hortentur te facta seniorum admoneat lectionis auctoritas.**[1] Libro 5. epistola 27. **Bonos laus: malos querela comitatur**.[2] Libro 6. epistola 20. **Habent et boni pauperes diuitias suas.**[3] **Ignorantes accipiunt: qui bene agunt.**[4] Libro 10. epistola 6. **Ornamentum omnium bonorum est syncera benignitas.**[5] Capitulo 11. **Benigna dilige**.[6]

1. Ad tramitem recti hortentur te tuorum facta seniorum, ammoneat lectionis auctoritas, deinde iudicii nostri electio gloriosa, ut maiora sumere de nobis possis, cum tee a quae commisimus implore conoueris.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.11.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.106, ll.36-39).

2. Inculpabiliter enim necesse est uiuat, qui suam praesentiam nouit principibus offerendam: bonos enim laus, malos querela comitatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.27.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.204, ll.8-10).

3. Non pauescas largas consulum manus: habent et boni pauperes diuitias suas.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.20.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.251, ll.32-33).

4. Ignorantes accipiunt qui bene agunt, quia necesse es tut, dum parumper malorum ambition contemnitur, superno munere plus donetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.20.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.252, ll.48-50).

5. Ornamentum enim bonorum omnium est sincera benignitas, quae non est sola, quia de uirtutibus cognoscitur esse generata.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.6.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.390, ll.7-9).

6. Iram uince: benigna dilige: caue, ne maior uideatur esse felicitas moribus tuis, sed qui nostro iungeris generis, Proximus gloriosis actionibus comproberis.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.11.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.395, ll.36-38).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 3: De conscientia benignitatis et malignitatis (fol.26va):

Cassiodorus epistolarum libro 7. capitulo 32. **Totum vitiosum geritur vbi conscientie puritas non habetur**.[1] Libro 8. epistola 18. **Sicut conscientia leta est que prouehitur meritis: ita sub reatu iacet qui se imparem cognoscit muneribus consecutis**.[2] Libro 11. capitulo 8. **Quid acquiri putatur vbi conscientia bona perditur**.[3]

1. Omnis quidem utilitas publica fideli debet actione compleri, quia totum vitiosum geritur, ubi concientiae puritas non habetur: tamen omnino monetae debet integritas quaeri, ubi et uultus noster imprimitur et generalis utilitas inuenitur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.32 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.285, ll.1-5).

2. Nam sicut conscientia laeta est, quae prouehitur meritis, ita sub reatu iacet, qui se imparem cognoscit muneribus consecutis.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.18 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.323, ll.26-28).

3. Semper metuit iniusta praesumptio: quid enim adquiri putatur, ubi bona conscientia perditur?

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.8 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.434, ll.43-45).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 4: De innocentia (fol.26vb-27ra):

Cassiodorus epistolarum libro 6. epistola 16. **Innocentia cuncta commendat.**[1] Libro 9. epistola 2. **Uix audet quisque in illos excedere: in quibus culpas non potest inuenire.**[2] Epistola 3. **Honesta sunt lucra per que nemo leditur.**[3] Epistola 10. **Nullum ledit obseruata iustitia.**[4] Libro 11. epistola 8. **In qua parte habet homo proficere: si innocentiam probatus fuerit amisisse.**[5]

1. Assit innocentia, quae cuncta commendat, quia in placida mente regia decent uerba deponi.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.16 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.245, ll.12-13).
2. Viuite iuste, uiuite continenter, quia uix audet quisquam in illos excedere, quibus culpas non potest inuenire.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.347, ll.49-51).
3. Honesta sunt lucra per quae nemo laeditur et bene adquiritur quod a nullis adhuc dominis abrogatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.350, ll.51-53).
4. Sed ut latius extendatur nostra clementia suauemque dominum impensis beneficiis sentiatis, quicquid a discussoribus noui census per quintam indictionem probatur affixum, ad nostram eos fecimus deferre notitiam, ut, quod rationabile fuerit aestimatum, libentibus animis perferatis, quia nullum laedit obseruata iustitia.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.10 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.358, ll.25-30).
5. Aut in qua parte possit homo proficere, si innocentiam probatus fuerit amisisse.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.7 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.434, ll.45-46).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 5: De iniuria seu contumelia et offensione (fol.27va):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 14. **Peritie sunt semper iniuriis facultates absentium.**[1] Epistola 29. **Quid discrepat a peccante qui se per excessum nititur vindicare.**[2] Libro 4. epistola 14. **Magni peccati genus est alienis debitis alterutrum pregrauare. Sua quemque damna respiciant.**[3] Epistola 27. **Detestabilis est omnis iniuria. Malorum omnium probatur extremum inde detrimenta suscipere vnde credebantur auxilia prouenire: exaggerat enim culpam in contrarium versa crudelitas: et maius reatui pondus est inopinata deceptio.**[4] Libro 5. epistola 43. **Grauiter siquidem dolet iniuria que contigerit insperata: si inde proueniat dolus vnde credebatur auxilium prouenire.**[5]

1. Peruiae sunt enim semper iniuriis facultates absentium et quodam modo uidetur occasio in delictum trahere, quae non potest animum peruadentis de resultatione terrere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.15 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.25, ll.12-15).

2. Quid enim discrepat a peccante, qui se per excessum nititur uindicare?

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.30 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.36, ll.35-36).

3. Magni peccati genus est alienis debitis alterum praegrauare, ut qui potest exigi non mereatur audiri. Sua quemque damna respiciant et is soluat tributum, qui possessionis noscitur habere compendium.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.14 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.152, ll.2-5).

4. Detestabilis est quidem omnis iniuria et quicquid contra leges admittitur iusta execratione damnatur: sed malorum omnium probatur extremum inde detrimenta suscipere, unde credebantur auxilia prouenire. Exaggerat enim culpam in contrarium uersa crudelitas et maius reatui pondus est inopinata deceptio.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.27 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.159, ll.2-7).

5. Grauiter siquidem dolet iniuria, quae contigerit insperata et si inde proueniat dolus, unde credebatur auxilium.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.43 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.220-1, ll.27-29).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 6: De licita defensione (fol.27vb):

Cassiodorus epistolarum libro 9. epistola 25. **Ille defensor proprie dicendus est qui tuetur innoxie.**

> Fuit nimirum prouinciarum uerissimus custos: nam ille defensor proprie dicendus est, qui tuetur innoxie.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.25 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.380, ll.54-56).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 7: De licita defensione (fol.28rb):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 37. **Non est beneficium quod prestatur inuitis: nec cuiquam vtile quod aduersa voluntate conceditur.**[1] Libro 4. epistola 7. **Iniquum est vt hominis vitio deputetur quod eius voluntate non regitur**.[2] Libro 5. epistola 39. **Suspectum est quod patiuntur nolentes: nam hoc est re vera beneficium si sine murmure feratur acceptum.**[3]

1. Non est beneficium quod praestatur inuitis: nec cuiquam utile uidetur, quod aduersa uoluntate conceditur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.38 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.42, ll.2-3).

2. Iniquum est enim, ut hominis uitio deputetur quod eius uoluntate non regitur, et illud imputetur periclitanti, unde raro datur euadere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.7 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.148, ll.5-7).

3. Vilicorum quoque genus, quod ad damnosam tuitionem queruntur inuentum, tam de priuata possessione quam publica funditus uolumus amoueri, quia non est defensio, quae praestatur inuitis: suspectum est quod patiuntur nolentes. Nam hoc est re uera beneficium, si sine murmure feratur acceptum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.39 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.214, ll.85-90).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 8: De intentione et facto (fol.28rb):

Cassiodorus epistolarum libro 9. epistola 3. **Omnis actus in qualitate propositi est.**

> Grypes aurum iugiter leguntur effodere atque huius metalli inscpectione gaudere: quibus quoniam non dicuntur accendi, scilicet, quia omnis actus in qualitate propositi est et non est uituperandum quod nulla fuerit uoluntate lasciuum.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.350, ll.53-57).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 11: De necessitate (fol.28vb):

Cassiodorus epistolarum libro 4. epistola 5. **Grande commodum est cum indigentibus pacisci: quando famis totum solet contemnere vt suam necessitatem possit explere.**[1] Capitulo 3. **Necessitas moderata non diligit.**[2] Libro 9. capitulo 13. **Sub quadam excusatione peccare creditur: cui necessaria non prebentur. Dum mater criminum necessitas tollitur: peccandi ambitus auferetur.**[3]

1. <u>Grande commodum est cum indigentibus pacisci: quando famis totum solet contemnere, ut suam necessitatem possit explere</u>.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.147, ll.12-14).

2. <u>Necessitas moderata non diligit</u>, nec potest imperari multis quod nequeunt custodire paucissimi.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.13 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.151, ll.12-14).

3. Magnitudinis tuae suggestione comperimus de domesticorum excessibus, qui destinatis comitibus obsequuntur, prouinciales damnis plurimus ingrauatos: quod credimus emolumentorum paruitate nutritum, quia <u>sub quadam excusatione peccare creditur, cui necessaria non praebentur</u>. Et ideo speciali beneficio generalia compendia largientes magnitudini tuae praesenti auctoritate praecipimus, ut supra ducentos solidos et decem annonas, quas hactenus acceperunt, a quinta feliciter indictione quinquaginta eis solidos annuos faciatis incunctanter adiungi, qui uestris rationibus debeant imputari, ut, <u>dum mater criminum necessitas tollitur, peccandi ambitus aufer</u>atur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.13 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.359-60, ll.2-13).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 12: De violentia et coactione (fol.29rb):

Cassiodoris epistolarum libro 2. epistola 27. **Nemo cogitur vt credat inuitus**.[1] Libro 4. epistola 10. **Quid a bellica confusione pax tranquilla distabit si per vim litigia terminentur**.[2] Libro 11. epistola 9. **Nullus ad violenta confugiat**.[3]

1. Damus quidem permissum, sed errantium uotum laudabiliter improbamus: religionem imperare non possumus, quia nemo cogitur ut credat inuitus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.27 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.76, ll.16-18).

2. Quid enim a bellica confusione pax tranquilla distabit, si per uim litigia terminentur?

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.10 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.149, ll.9-10).

3. Si quod tamen emerserit ciuile certamen, legibus patriis estote contenti: nullus ad seditiosa consurgat, nullus ad uiolentia confugiat.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.8 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.435, ll.16-18).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 13: De culpa et excusatione (fol.29va):

Cassiodorus epistolarum libro 4. epistola 7. **Iniquum est vt hominis vitio deputetur quod eius voluntate non regitur**.[1] Libro 5. epistola 36. **Non est ignauie culpa quam excusat miseranda calamitas**.[2] Libro 9. epistola 2. **Uix audet quisquam in illos exercere: in quibus culpas non potest inuenire**.[3]

1. Iniquum est enim, ut hominis uitio deputetur quod eius uoluntate non regitur, et illud imputetur periclitanti, unde raro datur euadere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.7 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.148, ll.5-7).

2. Atque ideo allegationibus tuis diuitius perquisitis iussione largimur, quia non est ignauiae culpa, quem excusat miseranda calamitas.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.36 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.210, ll.6-9).

3. Viuite iuste, uiuite continenter, quia uix audet quisquam in illos excedere, quibus culpas non potest inuenire.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.347, ll.49-51).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 14: De iustitie naturalis iudicio (fol.30va):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 2. **Omnia siquidem bona suis sunt iuncta cum fructibus: nec credi potest virtus que sequestratur a premio**.[1] Libro 6. epistola 20. **Ignorantes accipiunt qui bene agunt**.[2] Libro 10. epistola 16. **Remunerator est omnium bonorum deus**.[3]

1. Quamuis proprio fruatur honore quod est natura laudabile, nec desint probatae conscientiae fasces, cum generat animo dignitates — omnia siquidem bona suis sunt iuncta cum fructibus, nec credi potest uirtus quae sequestratur a praemio — tamen iudicii nostri culmen excelsum est: quoniam qui a nobis prouehitur, praecipuis plenus meritis aestimatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.12, ll.2-7).

2. Ignorantes accipiunt qui bene agunt, quia necesse est ut, dum parumper malorum ambitio contemnitur, superno munere plus donetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.20 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.252, ll.48-50).

3. Ipse enim remunerator est bonorum omnium deus: nam quicquid in subiectos pietatis efficimus, illum nobis repensare sine dubio iudicamus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.16 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.399, ll.17-19).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 1: De veritate et falsitate et mendacio (fol.31rb):

Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola 3. **Pessima consuetudo est despicere veritatem**.[1] Libro 4. epistola 3. **Theodorus rex gotorum cuidam illustri viro dixit: Non te terruit contentionibus inflammata regalis auctoritas: subiugasti quinimmo audaciam veritati**.[2] Libro 9. epistola 24. **Quelibet malitia formidat contra manifesta bona aliquid profiteri: dum generalibus odiis veretur exponi**.[3] Idem de amicitia epistola 24. **Plerumque molesta est veritas**.[4]

1. Pessima consuetudo est despicere ueritatem.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.98, ll.7).

2. Non te terruit contentionibus inflammata regalis auctoritas, subiugasti quin immo audaciam ueritati et obsecutus ordinationibus nostris in conscientiam suam barbaros perculisti.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.145, ll.16-19).

3. Nam quaelibet malitia formidat contra manifesta bona aliquid profiteri, dum generalibus odiis ueretur exponi.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.24 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.377, ll.51-53).

4. Cum autem plerumque molesta sit veritas, et propter hoc amicitia quandoque turbetur, juxta comicum illud: « Obsequium amicos, veritas odium parit; » illud quidem obsequium damnabile est quod amicum indulgentiorem vitiis facit.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 22 (M.-M. Davy ed., p.216, 218).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 2: De fide seu fidelitate et infidelitate seu perfidia (fol.32ra):

Cassiodorus epistolarum libro 5. epistola 34. **Leuissimi animi mos est polliceri facile que non disponit implere**.[1] Idem de amicitia capitulo i. **Uix aliquis in aliquo integritatem fidei experitur**.[2] 16. capitulo. **Fides in necessitate probatur**.[3]

1. Et quia sic notus est, cum facies ad tuum uenire iudicium, primum agito, ne promittat, caueto ne constituat, quia leuissimi animi mos est polliceri facile quae non disponit implere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.34 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.209, ll.31-34).

2. Quoniam diminutae sunt veritates a filiis hominum, et refrigescente charitate multorum, vix aliquis in alio integritatem fidei experitur, vix invenitur dilectio, quae non sit quaestuaria et venalis; communi malo condolui propens mihi aliquid scriptitare secretius ad doctrinam et exercitium diligendi.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, Prologus (M.-M. Davy ed., p.98).

3. Et notandum quod, sicut aurum in conflatorio sic fides in necessitate probatur.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 14 (M.-M. Davy ed., p.178).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 4: De adulatione blandimento et assentione (fol.32vb):

Cassiodorus epistolarum libro 12. et finali epistola 10. **Grauius percutit: qui blandiendo crassatur**.[1] Idem de anima capitulo 16. et antepenultimo. **Hostis dulcis amicus amarus est**.[2]

1. Grauius percutit qui blandiendo grassatur et sub indulgentia laedit, qui consuetis temporibus exigere tributa distulerit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.10 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.474-5, ll.11-13).

2. Vince de nobis inuidam potestatem quae sic decipit ut delectet, sic delectat ut perimat; hostis dulcis, amicus amarus est.

   Aurelius Cassiodorus, *De anima*, 18 (CCSL 96, J.W. Halporn ed., p.574, ll.5-7).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 5: De simulatione et dissimulatione (fol.33va):

Cassiodorus de amicitia capitulo 24. **Simulatio siquidem et assentatio due virulentissime pestes sunt que procul semper ab amicitia relegentur**.

> Simulatio siquidem et assentatio duae virulentissimae pestes sunt, quae semper procul ab amicitia relegentur.
>
> Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 22 (M.-M. Davy ed., p.220).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 7: De versutia dolo malo seu malitia fraude et deceptione (fol.34rb):

Cassiodorus epistolarum libro 9. epistola 24. **Quelibet malitia formidat contra manifesta bona aliquid profiteri: dum generalibus odiis veretur exponi**.

> Nam quaelibet malitia formidat contra manifesta bona aliquid profiteri, dum generalibus odiis ueretur exponi.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.24 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.377, ll.51-54).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 10: De confidentia credulitate credulis atque incredulis (fol.34va):

Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola 4. **Illi credere debetis quem vestris vtilitatibus arridere cognoscitis**.

> Illi enim credere debetis, quem uestris utilitatibus arridere cognoscitis, quoniam qui uult alterum in praecipites casus mittere, eum certum est fideliter non monere.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.100, ll.35-37).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 11: De suspitione et suspitiosis (fol.35va):

Cassiodorus epistolarum libro 11. epistola 10. **Mens humana facile suspicatur: de quolibet illa que pertulit**.[1] Idem de amicitia epistola 15. **Suspitiosum semper curiositas inquietat**.[2]

1. Sciens ab eis contrarium posse credi, qui praecedentibus malis fuerant imminuti, dum mens humana facile suspicatur de quolibet illa quae pertulit, propositi nostri uotum edictali tenore promisimus, ne iuuante deo quos securos esse cupimus uel de ipsa sollicitudine grauaremus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.9 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.437-8, ll.2-6).

2. Nihil enim amicitiae magis congruit, quam quedam pax, et quieta tranquillitas cordis: et suspiciosum semper curiositas inquietat, timoris stimulos suggerit, et multiplicem turbationis materiam subministrat.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 13 (M.-M. Davy ed., p.172).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 12: De clandestinatione et patulitate (fol.36ra):

Cassiodorus epistolarum libro 9. epistola 24. **Quelibet malitia formidat contra manifesta bona aliquid profiteri: dum generalibus odiis veretur exponi**.[1] Libro 10. epistola 18. **Lesionis instar est occulte consulere: et aliud velle monstrare**.[2] Libro 12. et finali epistola 17. **Conscientia recta vias publicas tenet. Amicum est criminum velle nesciri**.[3]

1. Nam quaelibet malitia formidat contra manifesta bona aliquid profiteri, dum generalibus odiis ueretur exponi.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.24 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.377, ll.51-53).

2. Remedium, quod pro uobis, patres conscripti, pia mente tractauimus, non sinimus uobis fieri acerba suspicione contrarium, quia laesionis instar est occulte consulere et aliud uelle monstrare.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.18 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.400, ll.2-5).

3. Conscientia recta uias publicas tenet, obuiorum collocutione gratulatur et cum diuersos gratanter inquirit, laboris taedio non grauatur. Amicum est autem crimini uelle nesciri et qui uias suas occulit, conscientiam prodit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.17 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.484, ll.13-17).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 1: De amore et dilectione (fol.36vb):

Cassiodorus de amicitia capitulo i. **Uix inuenitur dilectio: que non sit questuaria et venalis**.[1] Capitulo 3. **Amor est quedam vis appetitiua rerum: quas desiderio eligimus et amplectimur ad fruendum.**[2] **Dilectio exacto animi iudicio vires capit**.[3] Capitulo 26. et finali. **Dilectionis est consulere et amico beneficia exhibere**.[4]

1. Quoniam diminutae sunt veritates a filiis hominum, et refrigescente charitate multorum, vix aliquis in alio integritatem fidei experitur, vix invenitur dilectio, quae non sit quaestuaria et venalis; communi malo condolui proponens mihi aliquid scriptitare secretius ad doctrinam et exercitium diligendi.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, Prologus (M.-M. Davy ed., p.98).

2. Amor enim est quaedam vis appetitiva rerum, quas ex desiderio eligimus et amplectimur ad fruendum.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 1 (M.-M. Davy ed., p.108).

3. Sane dilectio ex certo animi judicio vires capit; amicitia vero ex quodam usu diligendi cum electione rei, quae diligenda est, et deliberatione procedit.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 1 (M.-M. Davy ed., p.108).

4. Dilectionis est consulere, providere et amico beneficia exhibere.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 25 (M.-M. Davy ed., p.232).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 2: De pietate (fol.37ra-rb):

Cassiodorus epistolarum libro 12. et finali epistola 3. **Pietas siquidem principum totum custodit imperium: et deum illis vicissitudo digna redditur incolumia reipublice membra seruantur**.

> Pietas siquidem principum totum custodit imperium et dum illis uicissitudo digna redditur, incolumia rei publicae membra seruantur.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.13 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.478, ll.4-6).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 3: De predilectione suiipsius (fol.37rb):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 14. **Tunc dexteris cogitandum est: dum se ratio proprie necessitatis expleuerit**.

> Alienis siquidem partibus illud debet impendi quod superest et tunc de exteris cogitandum, dum se ratio propriae necessitatis expleuerit.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.34 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.40, ll.5-7).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 4: De parentibus et liberis (fol.38ra):

Cassiodorus epistolarum in prohemio: **Contigit dissimilem filium plerumque generari**.[1] Libro i. epistola 17. **Quibus fuerit exosa societas parentum: ciuium non meretur habere consortium: ne puri corporis iocunda serenitas nebulosis maculis polluatur**.[2]

1. Contigit enim dissimilem filium plerumque generari: oratio dispar moribus uix oitest inueniri.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, Praefatio (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.5, ll.69-71).

2. Nam quibus fuit exosa societas parentum, ciuium non merentur habere consortium, ne puri corporis iucunda serenitas nebulosis maculis polluatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.18 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.28, ll.23-25).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 5: De cognatis (fol.38rb):

Cassiodorus epistolarum libro 12. et finali epistola 5. **Gratificante natura illis amplius debemus qui nobis aliqua proximitate iunguntur.**

> Sed gratificante natura illis amplius debemus, qui nobis aliqua proximitate iunguntur, dum quoddam genus recti uideatur ese propositi ab aequalitate discedi.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.5.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.469, ll.4-7).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 6: De vicinis propinquitate et longinquitate (fol.38rb):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 14. **Peruie sunt semper iniuriis facultates absentium.**[1] Libro 10. epistola 34. et penultima. **Uisorum semper maior affectus est: dum gratissime retinetur qui assiduo et suaui sermone coniungitur**.[2]

1. Peruie sunt enim semper iniuriis facultates absentium et quodam modo uidetur occasio in delictum trahere, quae non potest animum peruadentis de resultatione terrere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.15.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.25, ll.12-15).

2. Visorum maior semper affectus est, dum gratissime retinetur qui assiduo et suaui sermone coniungitur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.34 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.417, ll.4-6).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 7: De conuersatione conspectu societate et solitudine (fol.39rb):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 38. **Illi prudentiores semper sunt habiti: qui multorum hominum conuersationibus probantur eruditi.**[1] Libro 12 et finali epistola 3. **Nemo amplius acquirit quam qui se bona conuersatione tractauerit**.[2]

1. Vlixes Ithacus in laribus propriis forte latuisset, cuius sapientiam hinc maxime Homeri nobile carmen asseruit, quod multas ciuitates et populos circumiuit, dum illi prudentiores sunt semper habiti, qui multorum hominum conuersationibus probantur eruditi.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.39.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.44, ll.15-19).

2. Nemo amplius adquirit quam qui se bona conuersatione tractauerit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.3.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.467, ll.37-38).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 8: De amicitia vera et amicis veris (fol.40va):

Cassiodorus de amicicia capitulo 3. **Amicitia ex quodam vsu diligendi cum electione rei que diligenda est: et deliberatione procedit.**[1] **Uera amicitia in se solida est: et in omnibus amicis necessitatibus ad omnem cooperationem et tolerantiam secum quadrans.**[2] **In humanis rebus nihil amicitia dulcius inuenitur: nihil sanctius appetitur: nihil fructuosius custoditur. Habet enim fructum vite que nunc est et future. Amicitia propria suauitate virtutes alias condit: aduersa temperat: prospera componit: tristiaque iocundat.**[3] **Solus est qui sine amico est.**[4] 6. capitulo. **In amicitia vera nihil est inhonestum: nihil simulatorium: nihil lucri temporalis: aut inanis glorie venatiuum.**[5] **Fons et origo amicitie amor est: et quasi genus ad speciem. Nam cum amor sepe sine amicitia sit amicitia sine amore nunquam consistit.**[6] 9. capitulo. **Homo est amicitia in questu non in assentatione: sed in veritate et fide.**[7] **Est autem amicitie suauissimus fomes synceritas affectationum: mutua obsequela: rerum honestarum crebra collatio: parilitas voluntatum: ugis et inuiolabilis fides.**[8] 15. capitulo. **Linguosos ad amicitie secreta non arbitror eligendos.**[9] **Fides in amicitia maximum locum tenet.**[10] 17. capitulo. **Solidiores inueniuntur plerumque pauperum amicitie quam magnatum.**[11] **Tanto purior est erga pauperem charitatis affectio quanto nulla circa eum subest: adulationis aut simulationis occasio.**[12] 22. capitulo. **Quicquid amico impenderis nunquam improperes.**[13] 24. capitulo. **Omnis assentatio sit procul a conditione amicitie aliena.**[14] **Simulatio siquidem et assentatio due virulentissime pestes sunt: qui semper procul ab amicitia relegentur.**[15] 25. capitulo. **Inhonestum est bellum cum eo gerere quem tu familiaritatis secretarium habuisti.**[16] **Soluta amicitia semper ei qui amicum habueris honor est exhibendus.**[17] 27. capitulo et finali. **Dilectionis est consulere et amico beneficia exhibere.**[18] **Ueteris amicitie vestigiis aliqua reuerentia semper impendenda est: nisi eam enormitas reatus eximeret.**[19]

1. Sane dilectio ex ceerto animi jidicio vires capit; amicitia vero ex quodam usu diligendi cum electione rei, quae diligenda est, et deliberatione procedit.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 1 (M.-M. Davy ed., p.108).

2. Vera denique amicitia in se solida est, et in omnibus amicis necessitatibus ad omnem compassionem et tolerantiam se conquadrans gravius ex amici compassione affligitur, quam ex compassione amicus.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 1 (M.-M. Davy ed., p.110).

3. In rebus humanis nihil dulcius amicitia inuenitur, nihil sanctius appetitur, nihil fructuosius custoditur; habet enim fructum vitae quae nunc est et futurae. Ipsa propria suavitate virtutes alias condit, aduersa temperat, prospera componit, tristiaque jucundat.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 3 (M.-M. Davy ed., p.116).

4. Solus est, qui sine amico est.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 3 (M.-M. Davy ed., p.116).

5. Illud autem sciendum, quod in amicitia vera nihil est inhonestum, nihil simulatorium, nihil lucri temporalis, aut inanis glorie venativum.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 4 (M.-M. Davy ed., p.122).

6. Fons sane et origo amicitiae amor est, et quasi genus ad speciem; nam cum amor saepe sine amicitia sit, amicitia nunquam sine amore consistit.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 4 (M.-M. Davy ed., p.122).

7. Non est ergo amicitia in quaestu, nec in assentatione, sed in veritate et fide.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 7 (M.-M. Davy ed., p.136).

8. Est autem amicitiae suavissimus fomes sinceritas affectionum mutua obsequela, rerum honestarum crebra collatio, parilitas voluntatum, jugis et inviolabilis fides.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 7 (M.-M. Davy ed., p.136).

9. Linguosos ad amicitiae secreta non arbitror eligendos.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 13 (M.-M. Davy ed., p.172).

10. Patientia etiam in amicitia maximum locum tenet, ipsa enim custos amicitiae et nutrix est.

    Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 13 (M.-M. Davy ed., p.172).

11. Propterea solidiores inveniuntur plerumque pauperum amicitiae quam magnatum.

    Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 15 (M.-M. Davy ed., p.184).

12. Nullus vero erga inopem simulatorie agit, sed tanto purior est erga pauperem charitatis affectio, quanto nulla circa eum subest adulationis vel simulationis occasio.

    Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 15 (M.-M. Davy ed., p.184).

13. Quicquid autem amico impenderis, nunquam improperes, recolens illud Jacobi verbum: *Si quis*, ait, *indiget sapientia postule a Deo, qui dat omnibus affluenter et non improperat*.

    Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 20 (M.-M. Davy ed., p.204).

14. Omnis autem assentatio sit procul a conditione amicitiae aliena.

    Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 22 (M.-M. Davy ed., p.218).

15. Simulatio siquidem et assentatio duae virulentissimae pestes sunt, quae semper procul ab amicitia relegentur.

    Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 22 (M.-M. Davy ed., p.220).

16. Inhonestum est enim bellum gerere cum eo quem tuae familiaritatis secretarium habuisti.

    Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 23 (M.-M. Davy ed., p.224).

17. Soluta denique amicitia, semper ei, quem amicum habueris, hic honor exhibendus est, ut qui infert, non qui patitur injuriam, sit in culpa.

    Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 23 (M.-M. Davy ed., p.226).

18. Dilectionis est consulere, providere et amico beneficia exhibere.

    Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 25 (M.-M. Davy ed., p.223).

19. Manet itaque dilectio, sed gratia familiaritatis aufertur; veteris tamen amicitiae vestigiis aliqua reverentia semper impendenda est, nisi eam enormitas reatus elimenet.

    Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 25 (M.-M. Davy ed., p.223).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 9: De amicis leuibus verbalibus fictis et non veris (fol.41ra):

Cassiodorus de amicitia capitulo i. **Uix inuenitur dilectio que non sit questuaria et venalis.**[1] 16. capitulo. **Qui simulatorie amat: in prosperis amat amicus: aduersarius in aduersis.**[2]

1. *Quoniam diminutae sunt veritates a filiis hominum*, et refrigescente charitate multorum, vix aliquis in alio integritatem fidei experitur, vix invenitur dilectio, quae non sit quaestuaria et venalis; communi malo condolui proponens mihi aliquid scriptitare secretius ad doctrinam et exercitium diligendi.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, Prologus (M.-M. Davy ed., p.98).

2. Qui simulatorie amat in prosperis, erit aduersarius in aduersis.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 14 (M.-M. Davy ed., p.178).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 10: De experientia amicorum et cognitione (fol.41rb):

Cassiodorus de amicitia capitulo 16. **In diuitiis fides amicitie latet.**

Et iterum: *Amici divitis multi sed in divitiis fides amicitiae latet*.

Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 14 (M.-M. Davy ed., p.178).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 14: De amicorum constantia et inconstantia (fol.42va):

Cassiodorus epistolarum libro 10. epistola 2. **Amicitia tantum est certior quantum vetustior: quia facile mutari non potest: quod per longa tempora custoditur.**

> Quae tantum est certior quantum uetustior, quia facile mutari non potest quod per longa saecula custoditur.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.2.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.385, ll.17-19).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 1: De odio (fol.43ra):

Cassiodorus epistolarum libro 10. epistola 11. **De elatione odium concitatur.**

Humilis age rem gloriae, qua de modestia laus sumitur, de elatione odium concitatur.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.11.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.395, ll.31-32).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 2: De inuidia: zelo et nemessatione (fol.43vb):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 8. **Quicquid ex inuidia dicitur veritas non putatur.**[1] Libro 6. epistola 22. **Maiori cura tractanda sunt vnde inuidia plus timetur.**[2] Libro 10. epistola 11. **Profectibus quidem proxima est indubitanter inuidia. Inuidia tolerantia melius vincitur: que contentione semper augetur.**[3]

1. Manifesta proinde crimina in talibus uix capiunt fidem: quicquid autem ex inuidia dicitur, ueritas non putatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.9.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.19, ll.13-15).

2. Et ideo maiore cura tractanda sunt, unde inuidia plus timetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.22.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.254, ll.10-11).

3. Prouectibus quidem proxima est indubitanter inuidia, sed tolerantia melius uincitur, quae contentione semper augetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.11.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.395, ll.32-34).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 9: De litibus et iurgiis (fol.45rb-va):

Cassiodorus epistolarum libro 4. epistola 37. **Longa questio litigantium non tam auget patrimonia quam euertit.**[1] Libro 11. epistola 9. **Si queritis lucra: vitate potius damnosa litigia.**[2]

1. Quapropter si uobis iubentibus iudicata cognoscitis nec constat aduersarium prouocasse legaliter, finitum iure negotium in sua manere facite firmitate, ne longa quaestio litigantium non tam augeat patrimonia sed euertat, et quod fit ambitu lucri, causa uideatur esse dispendii.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.37.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.166, ll.17-21).

2. Si quaeritis lucra, uitate potius damnosa litigia.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.8.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.435, ll.15-16).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 11: De tranquillitate populorum (fol.45vb):

Cassiodorus epistolarum libro i. capitulo i. **Omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas in qua et populi proficiunt: et vtilitas gentium custoditur. Hec est enim bonarum artium mater: hec mortalium genus reparabili successione multiplicans facultates protendit: mores extollit. Et tantarum rerum ignarus agnoscitur qui eam minime quesisse sentitur.**[1] 4. epistola. **Cogi debet vt sit quietus qui suo vicio renuit esse pacificus.**[2] 22. epistola. **Decet regalis apicis curam generalitatis custodire concordiam. Ad laudem regnantis trahitur si ab omnibus pax ametur.**[3] Libro 2. epistola 29. **Regnantis est gloria subiectorum ociosa tranquillitas.**[4] Libro 3. epistola 38. **Principis opinionem longe lateque disseminat subiectorum custodita securitas.**[5] Libro 5. epistola 39. **Quies suauissima populi et dispositio tranquilla regionum preconium probatur esse regnantium.**[6] Libro 11. epistola 9. **Furoris genus est in seculo pacato turbulento studere proposito.**[7]

1. Omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas, in qua et populi proficiunt et utilitas gentium custoditur. Haec est enim bonarum artium decora mater, haec mortalium genus reparabili successione multiplicans facultates protendit, mores excolit: et tantarum rerum ignarus agnoscitur qui eam minime quaesisse sentitur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.1.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.9, ll.5-10).

2. Cogi enim debet, ut sit quietus, qui suo uitio renuit esse pacificus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.5.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.17, ll.12-13).

3. Decet regalis apicis curam generalitatis custodire concordiam, quoniam ad laudem regnantis trahitur, si ab omnibus pax ametur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.23.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.31, ll.3-5).

4. Quamuis nullos uelimus grauamen aliquod sustinere, quos uidetur pietas nostra protegere, quia regnantis est gloria subiectorum otiosa tranquillitas, tamen specialiter ecclesias ab omni iniuria reddi cupimus alienas, quibus dum aequabilia praestantur, misericorida diuinitatis acquiritur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.29.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.78, ll.2-6).

5. Principis siquidem opinionem longe lateque disseminat subiectorum custodita securitas, et ubi exercitus dirigitur, non grauandi, sed defendendi potius aestimentur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.38.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.124, ll.6-8).

6. Sic quies suauissima populi et dispositio tranquilla regionum praeconium probatur esse regnantum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.39.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.212, ll.8-10).

7. Furoris genus est in saeculo pacato turbulento studere proposito.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.8.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.435, ll.18-19).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 13: De pace et concordia (fol.46va):

Cassiodorus epistolarum libro 4. epistola 43. **Non est leue prudentes viros in pacis instituta peccare.**[1] Libro 11. epistola 9. **Transigite semper innoxii.**[2] Libro 12. et finali epistola 3. **Uiri fortes semper in pace modesti sunt.**[3]

1. Quaedam uero per harum portitores uerbo uobis insinuanda commisimus, ut aestimantes omnia quid fieri in tanta causa oporteat, prouidentia uestra reponat, quia non est leue prudentes uiros in pacis constituta peccare.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.43.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.220, ll.29-32).

2. Nolite inardescere ad praesumptiones illicitas: amate uiuere quieti: transigite semper innoxii.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.8.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.435, ll.12-14).

3. Viri fortes semper in pace modesti sunt et iustitiam nimis diligunt, qui frequenter proelia tractauerunt.

   Aurelius Cassiodorus, Variarum libri XII., 12.3.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.467, ll.28-30).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 1: De petitionibus et rogationibus beneficiorum: et exauditionibus vel de negationibus (fol.47rb):

Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 30. **Cur illud tardemus annuere vnde nulla possumus damna sustinere.**[1] Libro 3. epistola 43. **Supplicationem precepit humanitas.**[2] Libro 4. epistola 5. **Donare videtur qui vendit rogatus.**[3] 24. epistola. **Uotis iusta poscentium tribuat effectus.**[4] 26. epistola. **Ipsa est perfecta pietas que antequam flectatur precibus nouit considerare fatigatos.**[5] Idem de amicitia capitulo 22. **Generosus animus nil magis erubescit quam petere.**[6]

1. Cur enim illud tardemus annuere, unde nulla possumus damna sentire?

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.30.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.79, ll.21-22).

2. Non occurritur sub principe benigno remedia postulare subiectos, quoniam supplicationem praecedit humanitas et miro modo posteriora fiunt uota quam praestita.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.42.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.126, ll.3-5).

3. Nam cum ambitioni suae seruiat, prope modum donare uidetur qui vendit rogatus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.5.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.147, ll.14-15).

4. Quod nos, respectu meritorum tuorum et impensi longa sedulitate seruitii, libenti animo duximus annuendum, ut et uotis iusta poscentium tribuatur effectus et ciuitati reparationis crescat ornatus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.24.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.158, ll.8-11).

5. Ipsa est enim perfecta pietas, quae antequam flectatur precibus, nouit considerare fatigatos.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.26.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.159, ll.11-13).

6. Animus ingenuus nihil magis erubescit, quam petere.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 20 (M.-M. Davy ed., p.206).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 2: De beneficiis (fol.48ra):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 13. **Non decet esse difficile beneficium quod non patitur sui largitate detrimentum.**[1] 33. epistola. **Tunc de exteris cogitandum est dum se ratio proprie necessitatis expleuerit.**[2] 37. epistola. **Non est beneficium quod prestatur inuitis nec cuiquam vtile quod aduersa voluntate conceditur.**[3] Libro 2. epistola 28. **Beneficium dici non potest: quod nulla vtilitate sentitur.**[4] **Angusta sunt beneficia: que non etiam de futuris aliquid pollicentur.**[5] Libro 9. epistola 24. **Dulcius accipitur: quod sub aliqua dilatione prestatur**.[6] Libro 11. epistola 6. **Ipsius quoddammodo res agitur cuius in alterum vota complentur.**[7] 16. epistola. **Subuenire semper amantis est.**[8] Libro 12. et finali epistola i. **Persona tua refugium sit oppresso: infirmi defensio: presidium aliqua calamitate concluso.**[9] 5. epistola. **Gratificante natura illis amplius debemus: qui nobis aliqua proximitate iunguntur.**[10] Idem de amicitia capitulo 22. **Quicquid amico impenderis nunquam improperes.**[11]

1. Libentes omnimodis praebemus assensum, quotiens uox est iusta poscentium, qua nec decet esse difficile beneficium, quod non patitur sui largitate detrimentum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.14.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.24, ll.2-4).

2. Alienis siquidem partibus illud debet impendi quod superest et tunc de exteris cogitandum, dum se ratio propriae necessitatis expleuerit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.34.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.40, ll.5-7).

3. Non est beneficium quod prestatur inuitis: nec cuiquam utile uidetur, quod aduersa uoluntate conceditur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.38.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.43, ll.2-3).

4. Et quia gratiam principis dignitas nuda non asserit nec beneficium dici potest quod nulla utilitate sentitur, priuilegia tibi quoque, quae tribui scholae tuae exprincipibus diualia constitute uoluerunt, simili munificentia condonamus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.28.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.77, ll.24-28).

5. Sed quoniam angusta sunt beneficia, quae non etiam de futuris aliquid pollicentur aderit poruidentia principalis, ut, quos dignos fauore nostro credimus, eos quoque maiore honore cumulemus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.28.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.77-8, ll.32-36).

6. Habet hoc enim humana condicio, ut celerius adepta fastidio sint, dum omne pretiosum uilescit oblatum et contra dulcius accipitur, quod sub aliqua dilatione praestatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.24.10 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.378, ll.78-81).

7. Gaudere uos quidem in eis credo, quae caritatem uestram optasse diiudico: nam ipsius quodammodo res agitur, cuius in alterum uota complentur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.5.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.430, ll.2-4).

8. Nam si subuenire semper amantis est, cuiusmodi uos aetimatos intellegitis, quos releuatos esse sentitis?

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.15.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.444, ll.4-5).

9. Persona tua refugium sit oppresso, infirmi defensio, praesidium aliqua calamitate concluso.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.1.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.464, ll.46-48).

10. Sed gratificante natura illis amplius debemus, qui nobis aliqua proximitate iunguntur, dum quoddam genus recti uideatur esse propositi ab aequalitate discedi.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.5.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.469, ll.4-7).

11. Quicquid autem amico impenderis, nunquam improperes, recolens illud Jacobi verbum: *Si quis*, ait, *indiget sapientia, postule a Deo, qui dat omnibus affluenter et non improperat*.

    Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 20 (M.-M. Davy ed., p.204).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 3: De liberalitate et munificentia (fol.48vb):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 13. **Non decet esse difficile beneficium quod non patitur sui largitate detrimentum.**[1] 15. epistola. **Regnantis facultas tunc fit ditior cum remittit: et acquirit nobiles thesauros fame neglecta vilitate pecunie.**[2] 27. epistola. **Datur plerumque quod maiori vtilitate recipitur: et frequentius homo lucra sua complectitur cum necessaria pro temporis qualitate largitur.**[3] 33. capitulo. **Tunc dextris cogitandum est dum se ratio proprie necessitatis expleuerit.**[4] Libro 2. epistola. 3. **Commendantur priora posterioribus donis.**[5] Libro 3. epistola 29. **Hec sunt regia dona quod semina sparsa in segetem coalescunt: in vnum coacta depereunt.**[6] Idem de amicitia capitulo 22. **Hylari vultu serena facie et sermone iocundo condire studeas munificentiam tuam.**[7]

1. Libentes omnimodis praebemus assensum, quotiens uox est iusta poscentium, quia nec decet esse difficile beneficium, quod non patitur largitate detrimentum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.14.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.24, ll.2-4).

2. Regnantis enim facultas tunc fit ditior, cum remittit, et acquirit nobiles thesauros famae neglecta uilitate pecuniae.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.16.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.25-6, ll.3-5).

3. Et licet praestentur uilia, ad auctores suos magna sunt commoditate reditura: datur enim plerumque, quod maiori utilitate recipitur, et frequenter homo lucra sua complectitur, cum necessario pro temporis qualitate largitur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.28.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.35, ll.11-14).

4. Alienis siquidem partibus illud debet impendi quod superest et tunc de exteris cogitandum, dum se ratio propriae necessitatis expleuerit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.34.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.40, ll.5-7).

5. Decorum est namque principis arbitria non haerere, quia commendantur priora posterioribus donis et firmatur omnis indubitata de repetitione sententia.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.2.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.56, ll.6-8).

6. Hoc sunt enim regia dona, quod semina: sparsa in segetem coalescunt, in unum coacta depereunt.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.29.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.118, ll.4-5).

7. Quoties ergo amico donaveris, non avertas faciem, nec frontem obducas, nec deprimas oculos, nec mercedem exspectes, nec differas aut prolonges, sed hilari vultu, aut serena facie, et sermone jucundo condire studeas munificentiam tuam, et quasi voluntatem petentis praesagiens occurras, et desiderium ejus lieralitate praecurras, ut non rogatus videaris praestare quod donas.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 20 (M.-M. Davy ed., pp.204, 206).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 4: De celeri aut morosa prestatione muneris et beneficii (fol.49rb):

Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola 40. **Non possimus existimare iocundum quod ingrata fuerit dilatione suspensum.**[1] Libro 6. epistola 9. **Omne siquidem iustum celeritatis commodo transit ad beneficium: et quod debito redditur tali gratia munus putatur.**[2] Libro 9. epistola 44. **Habet hoc humana conditio: vt celerius adepta fastidio sint: dum omne preciosum vilescit oblatum. Dulcius accipitur: quod sub aliqua dilatione prestatur.**[3]

1. Quamuis sensum nostrae pietatis turba multiplex cogitationis intraret et diuersas regni partes consueta sedulitate respiceret, festine tamen remedia uestrae utilitatis aspeximus, quoniam apud conscientiam nostram laesionis genus est profutura tardare <u>n</u>ec <u>poss</u>umus aestimare <u>iucundum, quod ingrata fuerit dilatione suspensum</u>.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.40.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.125, ll.3-8).

2. <u>Omne siquidem iustum celeritatis commodo transit ad beneficium: et quod debito redditur, tali gratia munus putatur</u>.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.9.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.237, ll.46-48).

3. <u>Habet</u> enim <u>hoc humana condicio, ut celerius adepta fastidio sint, dum omne pretiosum uilescit oblatum</u> et contra <u>dulcius accipitur, quod sub aliqua dilatione praestatur</u>.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.24.10 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.378, ll.78-81).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 6: De vtilitate oblationis munerum et beneficiorum (fol.49vb):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 27. **Datur plerumque quod maiori vtilitate recipitur: et frequentius homo lucra sua complectitur: cum necessaria pro temporis qualitate largitur.**[1] Libro 4. epistola 24. **Ipso munere magis acquiritur cum opportunis digna prestantur.**[2] Idem de charitate seu dilectione dei capitulo 29. **Nemo adeo crudelis est qui ad collata beneficia non mitescat.**[3]

1. Et licet praestentur uilia, ad auctores suos magna sunt commoditate reditura: datur enim plerumque, quod maiori utilitate recipitur, et frequenter homo lucra sua complectitur, cum necessario pro temporis qualitate largitur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.28.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.35, ll.11-14).

2. In lucrum cedunt quae bene meritis conferuntur et de ipso munere magis adquiritur, cum optimis digna praestantur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.24.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.158, ll.3-4).

3. Caput interioris hominis, est ratio: nec aliquis adeo crudelis est, qui ad collata beneficia non mitescat, qui ad proximi benevolentiam odium odio non habeat, qui cogitationes charitatis quasi carbones ignis remoto calore iracundiae non accendat.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de dilection dei et proximi*, 38 (M.-M. Davy ed., p.464).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 8: De credito et debito (fol.50va):

Cassiodorus epistolarum libro 12. et finali epistola 2. **Irrite suspenditur quod nullis protractionibus euitatur.**[1] 10. epistola. **Reatus quidam est esse sub debito: nec liber potest veraciter dici qui probatur obnoxius reperiri.**[2] 16. epistola. **Debitum siquidem quod non potest euitari: prona debet mente semper offerri: vt fiat beneficium quod sine compulsione constat illatum.**[3]

1. Dilatio enim tributi maior fit causa dispendii, quando irrite suspenditur quod nullis protractionibus euitatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.2.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.465, ll.45-47).

2. Reatus quidam est esse sub debito nec liber potest ueraciter dici, qui probatur obnoxius reperiri.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.10.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.474, ll.4-5).

3. Debitum siquidem quod non potest euitari, prona debet mente semper offerri, ut fiat beneficium, quod sine compulsione constat illatum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.16.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.483, ll.12-14).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 10: De mercede premio et retributione (fol.5**1**vb):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 41. **Remuneratio meritorum iustum dominantis prodit imperium: apud quem perire nescit quod quempiam laborasse contigerit.**[1] Libro 2. epistola i. **Non deficit rei studium: que premium largius habet.**[2] 15. epistola. **Nutriunt premiorum exempla virtutes: nec quisquam est qui non ad morum summa nitatur ascendere: quando irremuneratum non relinquitur quod conscientia teste laudatur.**[3] 21. epistola. **Graue nimis est vt fructu laboris sui fraudetur industria: et cui debet pro sedulitate conferri premium: dispendium patiatur iniustum.**[4] 28. epistola. **Tribuenda est iustis laboribus compensatio premiorum.**[5] 33. epistola. **Equum est vt vnicuique proficiat labor suus.**[6] Libro 3. epistola 19. **Fructuosus esse debet publicus labor.**[7] Libro 4. epistola 3. **Theodoricus rex gottorum cuidam illustri viro hoc ait: Tende itaque adhuc bonis artibus tuos ad potira succensus: sciens gratiam nostram in illo semper augeri: qui se dignum adepto culmini desiderat inueniri.**[8] 4. epistola. **Laure est bene meritis digna prestare.**[9] 13. epistola. **Emolumenta deesse laborantibus non oportet: vt et bone spei aditus aperiatur: et desudantium querela iusta compensatione claudatur.**[10] 25. epistola. **In ipsis conatibus egra languescunt que meritorum presumptionibus non iuuantur.**[11] 27. epistola. **Malorum omnium probatur extremum inde detrimenta suscipe vnde credebantur auxilia prouenire.**[12] Libro 5. epistola 19. **Maiora sibi facit credi quisquis efficaciter iniuncta peregit.**[13] Libro 7. epistola 5. **Manus larga artium nutrit ingenia.**[14] Libro 9. epistola 13. **Ille dignus est premia consequi qui parere cognoscitur equitati.**[15] 21. epistola. **Manifestum est premium artes nutrire.**[16] 22. epistola. **Indiscreti hominum mores confusique vagarentur: si aut culpa formidinem: aut virtus premia non haberet.**[17] Libro 11. epistola 19. **Tironibus conceditur spes laboris dum vicissitudo fuerit reddita veteranis.**[18] 26. epistola. **Sicut equum est desidiosis laborantium premia denegare: Ita conuenit excubantibus remunerationis optata concedere.**[19] 30. epistola. **Equitati videtur accommodum: si efficaci actione laudatis digna moribus vicissitudo prestetur.**[20] 31. epistola. **Dignum est vt sequatur vota fidelium fructus laborum: et superior gradus excipiat: quos gestarum rerum integritas effecta commendat.**[21] Idem de charitate et dilectione dei capitulo 48. **Dignum siquidem est et consonum rationi: vt vicem rependamus amanti: obsequenti officium gratias largienti.**[22]

1. Remuneratio meritorum iustum dominantis prodit imperium, apud quem perire nescit, quod quempiam laborasse contigerit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.42.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.46, ll.2-4).

2. Nos autem, qui bonis redimimur institutis, quos probitas inspecta conciliat, curules infulas praestitimus candidato, ut uirtutum desideria possimus prouocare per munera: qua non deficit rei studium, quae praemium largius habet.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.1.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.55-6, ll.25-29).

3. Nutriunt enim praemiorum exempla uirtutes nec quisquam est, qui non ad morum summa nitatur ascendere, quando inremuneratum non relinquitur quod conscientia teste laudatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.16.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.67, ll.4-7).

4. Graue nimis est, ut fructu laboris sui fraudetur industrius et cui debet pro sedulitate conferri praemium, dispendium patiatur iniustum, in ea praesertim re, quae ad nostram respicit largitatem: ubi nihil debet licere neglegentiae, ne uideamur minus profutura sanxisse.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.21.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.71, ll.2-6).

5. Tribuenda est iustis laboribus compensatio praemiorum, quia exprobrata militia creditur quae inremunerata transitur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.21.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.71, ll.2-6).

6. Aequum est enim, ut unicuique proficiat labor suus et sicut expendendo cognoscit incommoda, ita rebus perfectis consequatur augmenta.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.33.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.81, ll.11-14).

7. Decet ut palatio nostro seruientibus iustis commodis consulamus, quia fructuosus esse debet publicus labor, ut, quamuis obsequia nobis gratuita iure debeantur, seruitia tamen per moderata compendia prouocemus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.19.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.111, ll.2-5).

8. Tende itaque adhuc bonis artibus tuos ad potiora sucessus, sciens gratiam nostram in illo semper augeri, qui se dignum adepto culmini desiderat inueniri.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.3.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.145, ll.36-38).

9. Gloriosum quidem nobis est, patres conscripti, honores passim impendere, sed laudabilius meritis digna praestare.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.4.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.145-6, ll.2-3).

10. Emolumenta deesse laborantibus non oportet, ut et bonae spei aditus aperiatur et desudantium querela iusta compensatione claudatur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.13.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.151, ll.2-4).

11. In ipsis conatibus aegra languescunt, quae meritorum praesumptionibus non iuuantur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.25.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.158, ll.7-8).

12. Detestabilis est quidem omnis iniuria et quicquid contra leges admittitur iusta execratione damnatur: sed malorum omnium probatur extremum inde detrimenta suscipere, unde credebantur auxilia prouenire.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.27.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.159, ll.2-5).

13. Maiora sibi facit credi, quisquis efficaciter iniuncta peregerit, quia indubitanter illi aliquid committitur qui optime comprobatur, et honestum suffragium est secundi iudicii documentum prioris.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.19 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.198, ll.2-5).

14. Manus larga artium nutrit ingenia, quando qui de uictu non cogitat, perficere iussa festinat.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.5.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.265, ll.49-50).

15. Si quis autem iussionum nostrarum inprobus temerator exstiterit, ut aliquo casu in damnis prouincialium aut praeiudiciis implicetur, emolumentis careat uniuersis, quia ille dignus est praemia consequi, qui parere cognoscitur aequitati: ideo enim a nobis accipit, ne ab aliis quaerat.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.13.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.360, ll.13-17).

16. Quapropter, cum manifestum sit praemium artes nutrire, nefas iudicauimus doctoribus adulescentium aliquid subtrahi, qui sunt potius ad gloriosa studia per commodorum augmenta poruocandi.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.21.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.371, ll.11-14).

17. Indiscreti hominum mores confusique uagarentur, si aut culpa formidinem aut uirtus praemia non haberet.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.22.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.373, ll.2-3).

18. Amplectenda est pormotioonum grata sollemnitas, quae bene meritorum soluit excubias, quia tironibus conceditur spes laboris, dum uicissitudo fuerit reddita ueteranis.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.18 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.446, ll.2-4).

19. Sicut enim aequum est desidiosis laborantium praemia denegare, ita conuenit excubantibus remunerationis optata concedere.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.25 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.448, ll.3-4).

20. Aequitati uidetur accommodum, si efficaci actione laudatis digna moribus uicissitudo praestetur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.29 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.450, ll.2-3).

21. Dignum est ut sequatur uota fidelium fructus laborum et superior gradus excipiat, quos gestarum rerum integritas affectata commendat.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.30 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.450, ll.3-5).

22. Dignum siquidem est, et consonum rationi, ut vicem rependamus a manu "amanti" obsequenti officium, gratias largienti.

    Petrus Blesensis, *Tractatus de dilection dei et proximi*, 57 (M.-M. Davy ed., p.540).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 1: De pollicia seu ciuilitate (fol.53rb):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 20. **Unicuique patria sua carior est**.[1] 38. epistola. **Interdum expedit patriam negligere: vt sapientiam quis possit acquirere**.[2] Libro 2. epistola 29. **Res publica siquidem iure semper equitatis augetur**.[3] Libro 3. epistola 6. **Letam reddit faciem publicam honorata frequentia**.[4] 10. epistola. **Nobilissimi ciuis est patrie sue augmenta cogitare**.[5] 19. epistola. **Fructuosus esse debet publicus labo**r.[6] Libro 4. epistola 30. **Decet quidem cunctos patrie sue augmenta cogitare: sed eos maxime quos res publica summis honoribus obligauit**.[7] Libro 5. epistola 31. **Utilitatem publicam diuturnam conuenit ludificatione differri**.[8] Libro 7. epistola 2. **Dum tempus potestatis prolixum queritur: culparum obprobria non vitantur**.[9] Libro 6. epistola 11. **Constat felicem esse rem publicam que multis ciuibus resplendet ornata**.[10] Libro 8. epistola 30. **Ciuis animum non habet qui vrbis sue gratia non tenetur**.[11] Libro 9. epistola 17. **Quorum gratia impetrare possunt qui suis ciuibus displicere meruerunt**.[12] Libro 10. epistola 6. **Necessarium probatur esse reipublice personas dignitatibus aptas eligere**.[13] Libro 12. et finali epistola i. **Ad vtilitates publicas esto sollicitus iniuncta morali compulsione procura**.[14]

1. Vnicuique patria sua carior est, dum supra omnia saluum fore quaeritur, ubi ab ipsis cunabulis commoratur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.21 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.30, ll.4-5).

2. Ita enim et illis ingenii prouectus acquiritur et nostrae utilitatis ratio custoditur: quibus mora potest esse proficua, dum interdum expedit patriam neglegere, ut sapientiam quis possit acquirere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.39 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.55, ll.12-15).

3. Res publica siquidem iure semper aequitatis augetur, et cum temperantia diligitur, uelociter profutura succedunt.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.26 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.74, ll.3-5).

4. Ornat enim talis multitudo conuentum et laetam reddit faciem publicam honorata frequentia.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.101, ll.5-6).

5. Decet prudentiam uestram in augendis fabricis regalibus obtemperare dispositis, quia nobilissimi ciuis est patriae suae augmenta cogitare, maxime cum sit studii nostri illa decernere, quibus cunctos notum est sine suis dispendiis oboedire.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.10 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.105, ll.2-5).

6. Decet ut palatio nostro seruientibus iustis commodis consulamus, quia fructuosus esse debet publicus labor, ut, quamuis obsequia nobis gratuita iure debeantur, seruitia tamen per moderata compendia prouocemus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.19 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.111, ll.2-5).

7. Decet quidem cunctos patriae suae augmenta cogitare, sed eos maxime, quos res publica sibi summis honoribus obligauit, quia ratio rerum est, ut eum necesse sit plus debere, qui uisus est maiora suscipere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.30 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.161, ll.2-5).

8. Et quia utilitatem publicam diuturna non conuenit ludificatione differri, ideoque deuotio tua praesentia decreta suscipiens Marcum presbyterum, Andream et Simeonium uel reliquos, quos breuis subter adnexus eloquitur, seruata in omnibus ciuilitate conueniat, ut, si eos non per calumniam, sed manifestos re uera fisco constiterit esse debitores summam, quae rationabiliter postulatur, sine aliqua imminutione persoluant.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.31 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.206, ll.6-13).

9. Sufficit enim unicuique discessisse laudatum, quia dum tempus potestatis prolixum quaeritur, culparum obprobria non uitantur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.261, ll.4-7).

10. Constat felicem esse rem publicam, quae multis ciuibus resplendet ornata.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.11 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.239, ll.2-3).

11. Quapropter tam utillimae rei omnium debet studere consensus, quia ciuis animum non habet, qui urbis suae gratia non tenetur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.30 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.336, ll.19-20).

12. Nam quorum gratiam impetrare possunt, qui suis ciuibus displicere meruerunt et, dum tempus habuissent amoris publici, egerunt unde iuste debeant execrari?

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.17 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.366, ll.33-36).

13. Necessarium probatur esse rei publicae personas dignitatibus aptas eligere, ut cui iustitia committitur, malis noribus non grauetur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.390, ll.2-4).

14. Proinde ad utilitates publicas esto sollicitus: iniuncta morali compulsione procura.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.464, ll.44-46).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 2: De populo (fol.53vb):

Cassiodorus epistolarum in prohemiis: **Alimoniam supra omnia populi plus requirunt**.[1] Libro 6. epistola 18. **Nescit plebs tacere. Plebs interdum: et hoc loquitur quod a nemine perpetratur**.[2]

1. Ipsas quoque noctes inexplicabilis cura circumuolat, ne desint alimonia ciuitatibus, quae supra omnia populi plus requirunt, studentes uentri, non auribus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, Praefatio (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.3-4, ll.24-26).

2. Nescit plebs tacere, quando interdum et hoc loquitur, quod a nemine perpetratur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.18 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.248, ll.47-48).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 3: De principibus: ducibus et regibus (fol.54vb-55ra):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 8. **Tuta est conditio subiectorum vbi viuitur sub equitate regnantium**.[1] 15. epistola. **Regnantis facultas tunc fit ditior cum remittit: et acquirit nobiles thesauros fame neglecta vilitate pecunie**.[2] 18. epistola. **Pernitiosa res est in imperante tenuitas**.[3] 22. epistola. **Decet regalis apicis curam generalitatis custodire concordiam. Ad laudem regnantis trahitur si ab omnibus pax ametur**.[4] 29. epistola. **Benigni principis est delicta non tam velle punire quam tollere**.[5] Libro 2. epistola 2. **Sub imperio boni principis omnium fortune proficiet.**[6] **In laudem regnantis proficit quod subiectus acquirit**.[7] 29. epistola. **Regnantis est gloria subiectorum ociosa tranquillitas**.[8] Libro 3. epistola 11. **Beneficia siquidem sunt que regna sublimant: et liberalitatis domus iugiter potest crescrere: si sibi subiectos studeat ampliare**.[9] 12. epistola. **Facilius est quippe si dicere fas est errare naturam quam dissimilem sui princeps possit formare rem publicam**.[10] 13. epistola. **Is potest bene regere qui se studet sub decore tractare**.[11] 29. epistola. **Hec sunt regia dona quod semina: sparsa in segetem coalescunt: et in vnum coacta depereunt**.[12] 38. epistola. **Principis opinionem longe lateque disseminat subiectorum custodia securitas**.[13] 44. epistola. **Theodoricus rex gottorum ait: Nobis propositum est deo iuuante sic vincere vt subiecti se doleant nostrum dominium tardius acquisisse**.[14] 50. epistola: **Felicitas regnantis est famulantes amare**.[15] Libro 4. epistola 12. **Semper auget principes obseruata iustitia**.[16] Libro 5. epistola 2. **Semper prodest diuitum regum acquisita concordia: qui dum paruo munere liniuntur maiore semper compensatione prospiciunt**.[17] 39. epistola. **Quies suauissima populi: et dispositio tranquilla regionum preconium probatur esse regnantium**.[18] 44. epistola et finali. **Sic est in principibus humilitas gloriosa: quemadmodum in mediocribus odiosa potest esse iactantia**.[19] Libro 6. epistola 16. **Regis consilium solos decet scire grauissimos**.[20] Libro 6. epistola 16. **Omnia sine principe confusa sunt: et dum vnusquisque iuxta voluntatem suam cogitat viuere regulam cognoscitur amittere discipline**.[21] 27. epistola. **Utile est semper eligere: cui reliqui debeant obedire: quia si voluntas diuersorum vaga relinquitur confusio culparum amica generatur**.[22] Libro 8. epistola 2. **Magnum profecto felicitatis genus est obtinere sine contentionibus principatum**.[23] 10. epistola. **Arduum nimis est principis meruisse secretum**.[24] Libro 9. epistola 9. **Disciplina imperandi est amare quod multis expedit**.[25] 13. epistola. **Dona regalia quamuis parua sublimant: quia simul et meritorum gratiam recepisse creditur: qui principali munere subleuatur**.[26] Libro 10. epistola 3. **Tollitur necessitas principibus excedendi quotiens assueuerint propria moderari**.[27] 11. epistola. **Quicquid a subiectis proficitur: regnantium laudibus applicatur**.[28] Libro 11. epistola 2. **Hoc est profecto difficillimum regnandi genus exercere iuuenem in suis sensibus principatum**.[29] Libro 12. et finali epistola 2. **Omnes qui gremiorum celsa petimus: vitiorum humilia deseramus: sit in nobis frons libera: vt aliorum possimus emendare peccata. Equat crimen omnes quos inquinat: et ideo dissimilis ab accusato debet esse qui iudicat**.[30] 3. epistola. **Uarium poscit remedium diuersa qualitas passionum. Sic qui populis preesse cognoscitur non vno consilio predicturus inuenitur. feroces districtione premendi sunt: mansueti ciuiliter admonendi: dolosi caute: simplices sub leuitate tractandi sunt.**[31] **Sub continentia irascere: sub maturitate distringe**.[32] 13. epistola. **Pietas siquidem principum totum custodit imperium: et dum illis vicissitudo digna redditur incolumia rei publice membra seruantur**.[33] 19. epistola. **Rex letus optatur ab omnibus**.[34]

1. <u>Tuta est condicio subiectorum, ubi uiuitur sub aequitate regnantium</u>: nec dubio decet rumore trahi, a quo debent non mutanda constitui.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.9 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.19, ll.3-5).

2. Regnantis enim facultas tunc fit ditior, cum remittit, et acquirit nobiles thesauros famae neglecta uilitate pecuniae.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.16 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.25-6, ll.3-5).

3. Indigentiam iuste fugimus, quae suadet excessus, dum perniciosa res est in imperante tenuitas.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.19 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.28, ll.5-6).

4. Decet regalis apicis curam generalitatis custodire concordiam, quoniam ad laudem regnantis trahitur, si ab omnibus pax ametur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.23 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.30, ll.3-5).

5. Benigni quippe principis est non tam delicta uelle punire quam tollere, ne aut acriter uindicando aestimetur nimius aut leniter agendo putetur improuidus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.30 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.36, ll.11-14).

6. Currat quin immo honorum gratia per parentes, sub imperio boni principis omnium fortuna proficiat.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.56, ll.12-14).

7. Mutatur enim fortuna cum dominis: et in laude regnantis proficit, quod subiectis adquirit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.56, ll.21-22).

8. Quamuis nulllos uelimus grauamen aliquod sustinere, quos uidetur pietas nostra protegere, quia regnantis est gloria subiectorum otiosa tranquillitas, tamen specialiter ecclesias ab omni iniuria reddi cupimus alienas, quibus dum aequabilia praestantur, misericordia diuinitatis acquiritur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.29 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.78, ll.2-6).

9. Beneficia siquidem sunt, quae regna sublimant et libertatis dominus iugiter potest crescere, si sibi subiectos studeat ampliare.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.11 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.105, ll.6-8).

10. Facilius est quippe, si dicere fas est, errare naturam quam dissimilem sui princeps possit formare rem publicam.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.12 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.106, ll.5-7).

11. Is enim potest alios bene regere, qui se studuit sub decore tractare.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.13 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.107, ll.5-7).

12. Hoc sunt enim regia dona, quod semina: sparsa in segetem coalescunt, in unum coacta depereunt.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.29 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.118, ll.4-5).

13. Principis siquidem opinionem longe lateque disseminat subiectorum custodita securitas, et ubi exercitus dirigitur, non grauandi, sed defendendi potius aestimentur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.38 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.124, ll.6-8).

14. Aliorum forte regum proelia captarum ciuitatum aut praedas appetunt aut ruinas: nobis propositum est deo iuuante sic uincere, ut subiecti se doleant nostrum dominium tardius acquisisse.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.43 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.126, ll.10-13).

15. Felicitas enim regnantis est famulantes amare quod expedit, quando labor nobis cogitationis aufertur, dum subiecti sibi profutura disponunt.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.49 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.132, ll.5-7).

16. Propositi nostri est, ut prouincias nobis deo auxiliante subiectas, sicut armis defendimus, ita legibus ordinemus, quia semper auget principes obseruata iustitia et quantum probabili nstitutione uiuitur, tantum summis adhuc prouectibus aggregatur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.12 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.150-1, ll.3-7).

17. Proinde requirite nos saepius per uias, quas amor uester aperuit, quia semper prodest diuitum regum acquisita concordia, qui, dum paruo munere leniuntur, maiore semper compensatione prospiciunt.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.183, ll.22-26).

18. Sic quies suauissima populi et dispositio tranquilla regionum praeconium probatur esse regnantum.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.39 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.212, ll.8-10).

19. Nam cum rex satisfacit, quaelibet dura dissoluit, quia sic est in principibus humilitas gloriosa, quemadmodum in mediocribus odiosa potest esse iactantia.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.44 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.221, ll.5-8).

20. Regis consilium solos decet scire grauissimos.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.16 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.245, ll.7-8).

21. Omnia enim sine priore confusa sunt et dum unusquisque iuxta uoluntatem suam cogitat uiuere, regulam cognoscitur omittere disciplinae.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.16 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.276, ll.3-5).

22. Vtile est unum semper eligere, cui reliqui debeant oboedire, quia, si uoluntas diuersorum uaga relinquitur, confusio culparum amica generatur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.27 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.282, ll.3-5).

23. Magnum profecto felicitatis genus optinere sine contentionibus principatum et in illa re publica adulescentem dominum fieri, ubi multos constat maturis moribus inueniri.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.300, ll.12-15).

24. Arduum nimis est meruisse principis secretum, ubi si quid cognoscitur prodi, uel ab alio formidatur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.10 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.310, ll.19-21).

25. Disciplina uidelicet imperandi est amare quod multis expedit, quoniam res publica nimium soliditatis accipit, si tributariorum facultas inlaesa constiterit.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.9 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.357, ll.36-38).

26. Nostrum dare nobilitas est: dona regalia quamuis parua sublimant, quia simul et meritorum gratiam reperisse creditur, qui principali munere subleuatur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.10 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.360, ll.17-20).

27. Talem uniuersitas debuit optare, qualem nos probamur elegisse, qui rationabiliter disponens propria non appetat aliena: tollitur enim necessitas principibus excedendi, quotiens assueuerint propria moderari.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.387, ll.43-47).

28. Si gloria est bonorum principum incognitas honoribus clarificare personas, dum quicquid a subiectis proficitur regnantum laudibus applicatur, quanto nobis praestantius est nobilissimae familiae reddere, quod eam cognoscimus etiam nascendi sorte meruisse!

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.11 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.394, ll.2-4).

29. Hoc est profecto difficillimum regnandi genus exercere iuuenem in suis sensibus principatum.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.422-3, ll.30-32).

30. Omnes ergo, qui gremiorum celsa petimus, uitiorum humilia deseramus. Sit in nobis frons libera, ut aliorum possimus emendare peccata. Aequat crimen omne quos inquinat et ideo dissimilis ab accusato debet esse qui iudicat.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.465, ll.30-33).

31. Aegris non una causa salutis est: alter cibis reficitur, alter per abstinentiae beneficia tenuatur: hic lauacra mollia, ille ferrum quaerit ad uulnera: et uarium poscit remedium diuersa qualitas passionum. Sic qui populis praeesse cognoscitur, non uno consilio praeditus inuenitur. Feroces districtione premendi sunt, mansueti ciuiliter ammonendi: dolosi caute, simplices sub lenitate tractandi sunt.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.466, ll.6-13).

32. Ad forum trahe qui iusta non recipit: sub continentia irascere, sub maturitate distringe.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.466, ll.17-19).

33. Pietas siquidem principum totum custodit imperium et dum illis uicissitudo digna redditur, incolumia rei publicae membra seruantur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.13 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.478, ll.4-6).

34. Vniuersos affligit, qui regi aliquid necessarium subtrahit, quia, dum laetus optatur ab omnibus, cunctos contristat, si probetur offensus.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.19 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.486, ll.25-27).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 4: De moribus subditorum regibus et principibus (fol.55rb):

Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola 12. **Facilius est quippe si dicere fas est errare naturam quam dissimilem sui princeps possit formare rem publicam**.

> Facilius est quippe, si dicere fas est, errare naturam quam dissimilem sui princeps possit formare rem publicam.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.12 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.106, ll.5-7).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 6: De iure lege et pacto (fol.56va):

Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola 17. **Iura publica certissime sunt humane vite solatia: infirmorum auxilia potentum frena**.[1] Libro 4. epistola 27. **Quicquid contra leges admittitur iusta execratione damnatur**.[2] Libro 5. epistola 39. **Illa vere vita hominum est que iuris ordine continetur: nam beluarum ritus est sub casu viuere que dum rapiendi ambitu feruntur improuisa temeritate succumbunt**.[3] Libro 9. epistola 15. **Iustissime siquidem leges vt bonis aperiunt: ita claudunt malis moribus actionem**.[4]

1. Iura publica certissima sunt humanae uitae solacia, infirmorum auxilia, potentum frena.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.17 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.110, ll.19-20).

2. Detestabilis est quidem omnis iniuria et quicquid contra leges admittitur iusta execratione damnatur: sed malorum omnium probatur extremum inde detrimenta suscipere, unde credebantur auxilia prouenire.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.27 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.159, ll.2-5).

3. Decet prouincias regno nostro deo auxiliante subiectas legibus et bonis moribus ordinari, quia illa uita uere hominum est, quae iuris ordine continetur. Nam beluarum ritus est sub casu uiuere: quae dum rapiendi ambitu feruntur, inprouisa temeritate succumbunt.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.39 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.212, ll.2-6).

4. Iustissimae siquidem leges ut bonis aperiunt, ita claudunt malis moribus actionem.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.15 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.363, ll.26-27).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 7: De licentia facultate et regularitate (fol.56va):

Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 13. **Melius semper legum pondere pressa curatur audacia: et dum metus talibus imponitur: peccandi licentia non prebetur**.[1] Libro 4. epistola 35. **Obrueret quippe innocentia si laxaretur audacia**.[2]

1. Ideoque praedictum Venantium, quem frequenter multorum scelerum pulsat inuidia, notum solummodo querelis assiduis, in praesenti negotio decernimus conueniri, ut legaliter conuictus ea, quae promisisse suggeritur, sine aliqua mora tergiuersationis adimpleat, quia melius semper legum pondere pressa curatur audacia et, dum metus talibus imponitur, peccandi licentia non praebetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.13 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.64, ll.12-19).

2. Obrueretur quippe innocentia, si relaxaretur audacia, essetque cunctis fallendi studium, si fraus subrepticium lucraretur effectum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.35 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.165, ll.4-6).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 8: De iudicibus et iudiciis (fol.57rb-va):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 3. **Facilis recti persuasor est innocens iudex**.[1] **Excessus tunc sunt in formidine cum creduntur iudicibus displicere**.[2] Libro 3. epistola 7. **Tamdiu iudex dicitur quamdiu iustus putatur**.[3] 36. epistola. **In causis semper est suspecta potentia**.[4] 39. epistola. **Inumbrat famam publicam in consule tenacitatis obscuritas**.[5] Libro 4. epistola 10. **Quid a bellica confusione pax tranquilla distabit: si per vim litigia terminentur**.[6] 28. epistola. **Dignus est inter alios sequenda decernere qui sibi modum visus est legittime conuersationis imponere**.[7] Libro 6. epistola 4. **Est nimirum magnum et sigulare preconium si iudices non accipiant vbi sunt qui multum dare contendunt**.[8] 12. epistola. **Prima equitas est a se presules inchoare: vt timeant criminosi quem nequeunt similem reperire. Nullas enim in se culpas timet reus quas habere respexit cognitorem. Si vos actus nullus damnat in altero quia natura est humani animi vt nitatur parcius vindicare quod se cognouerit amisisse**.[9] Libro 8. epistola 4. **Tales decet esse aulicos viros vt nature bona iudicio frontis aperiant: vt possint agnosci de moribus dum videntur. Tacens enim plerumque despicabilis est: et si eum lingua nobilitat**.[10] 15. epistola. **Gloria regni est reperisse iudices exquisitos.**[11] **Auari iudices nesciunt quantum delinquunt. Nam cum vendunt aliena crimina sua faciunt esse peccata**.[12] Libro 9. epistola 9. **Non minus est malum bellicum vitasse: quam seua discussionis euadere. Ipsa est vera securitas que de nulla iudicis iniquitate formidat**.[13] 19. epistola. **Metus cuncta disponit: si reus crimen in iudicante non inuenit.**[14] Libro 10. epistola. 6. **Cui iustitia committitur malis moribus non grauetur: alioquin inefficax est ab homine exigere quod agnoscitur non habere.**[15] 19. epistola. **Illa sunt vera iudicia vbi neminem comprimit vlla timiditas.**[16] Libro 11. epistola 9. **Inutile bonum est iudicem non accipere: et multis accipiendi licentiam prebuisse**.[17] 33. epistola. **Non est hesitationis metus vbi non est iudicis venalis auditus**.[18] Libro 12. et finali epistola i. **Quam periculosum est pati iudicem rationabiliter iratum: et illum de fortunis tuis decernem quem te constat grauiter irritasse**.[19]

1. Facilis enim recti persuasor est innocens iudex, sub cuius praedicabili conuersatione pudet mores probabiles non habere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.14, ll.28-29).

2. Non habet distributionis genium, cui auctoritatem libera conscientia non ministrat, quoniam excessus tunc sunt in formidine, cum creduntur iudicibus displicere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.14, ll.33-35).

3. Tamdiu enim iudex dicitur, quamdiu et iustus putatur, quia nomen, quod ab aequitate sumitur, per superbiam non tenetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.27 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.117, ll.14-16).

4. Et quia in causis semper est suspecta potentia, dum uelle creditur quod posse iudicatur, antefatum seruata reuerentia a te praecipimus ammoneri, ut sub sponsione legitima instructam personam ad comitatum nostrum dirigere se promittat, qui apud delegatos motu nostro iudices eius intentionibus ualeat praebere responsum: actor hic poenam suae recepturus audaciae, si contra mangificum uirum habuerit falsitatis euentum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.36.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.123, ll.8-15).

5. Quocirca sub opinione munifici parcum non decet inueniri, quia inumbrat famam publicam in consule tenacitatis obscuritas.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.39.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.124, ll.6-8).

6. Quid enim a bellica confusione pax tranquilla distabit, si per uim litigia terminentur?

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.10.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.149, ll.9-10).

7. Conscientiam probamus, cui iudicanda committimus, quia dignus est inter alios sequenda decernere, qui sibi modum uisus est legitimae conuersationis imponere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.28 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.160 ll.2-4).

8. Erit nimirum magnum et singulare praeconium, si iudices non accipiant, ubi sunt qui multum dare contendant.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.4.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.229, ll.24-26).

9. Prima aequitas est a se praesules inchoare, ut debeant criminosi metuere quem nequeunt similem reperire. Nullas enim in se culpas timet reus, quas habere respexerit cognitorem, quando agentem male nisi bonis moribus non aestimat displicere. Suos actus nullus damnat in altero, quia natura est humani animi ut nitatur potius uindicare, quod se cognouerit admisisse.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.21.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.253, ll.30-36).

10. Tales enim decet esse aulicos uiros, ut naturae bona iudicio frontis aperiant et possint agnosci de moribus, cum uidentur. Tacens enim plerumque despicabilis est, si eum tantum lingua nobilitat: semper autem in honore manet, si, cuius est tranquillus animus, eum quoque serenissimus commendet aspectus.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.14.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.317, ll.22-27).

11. Solent quidem uenientes ad aulicas dignitates diutina exploratione trutinari ne imperiale iudicium aliquid probare uideatur ambiguum, quando gloria regni est reperisse iudices exquisitos.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.16.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.319, ll.2-5).

12. Auari iudices nesciunt quantum delinquunt: nam cum uendunt aliena crimina, sua faciunt esse peccata.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.21.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.253, ll.40-42).

13. Per prouincias nobis deo praestante concessas tales uiro cupimus destinare, qui sunt armis praediti et iustitia gloriosi, ut absit a uobis et extranearum gentium metus et calumniosis non pateatis insidiis, quia non minus est malum bellicum uitasse quam saeua discussionis euadere. Ipsa est enim uera securitas, quae de nulla iudicis iniquitate formidat.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.9.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.356, ll.3-8).

14. Metus cuncta disponit, si reus crimen in iudicante non inuenit.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.19.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.370, ll.24-25).

15. Necessarium probatur esse rei publicae personas dignitatibus aptas eligere, ut cui iustitia committitur, malis moribus non grauetur. Alioquin inefficax est ab homine exigere quod agnoscitur non habere: contra confidenter quaeritur, quod inesse sentitur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.6.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.390, ll.2-6).

16. Nam commune est cunctis in suis imperiis praedicari, sed illud est omnimodis singulare in extranea gente laudes proprias inuenire, quia ibi sunt uera iudicia, ubi neminem comprimit ulla timiditas.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.19.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.402, ll.18-21).

17. Alioquin inutile bonum est iudicem non accipere et multis accipiendi licentiam praebuisse.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.8.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.436, ll.35-36).

18. Si qua sunt alia, fiducialiter suggerantur: quia non est haesitationis metus, ubi non est iudicis uenalis auditus.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.32 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.451, ll.6-7).

19. Quam periculosum est pati iudicem rationabiliter iratum et illum de fortunis tuis decernere, quem te constat grauiter irritasse!

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.1.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.463, ll.24-26).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 9: De placiditate et ferocitate regis et iudicis (fol.57vb):

Cassiodorus epistolarum libro 6. epistola 24. et penultima. **Utrumque laudabile est: vt bonus populus iudicem benignum faciat: et mansuetus iudex: grauissimum populum equabili ratione componat.**[1] Libro 10. epistola 7. **Iudiciaria virtus est: lingue bonis abundare: et mentis temperantia custodire.**[2]

1. Cui uos conuenit prudenter oboedire, quia utrumque laudabile est, ut bonus populus iudicem benignum faciat et mansuetus iudex grauissimum populum aequabili ratione componat.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.24.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.256, ll.16-19).

2. Talem itaque uirum non decuit diutius iustitiam petere, sed docere: quia iudiciaria uirtus est linguae bonis abundare et mentis temperantiam custodire.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.7.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.392, ll.25-27).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 11: De legatis et nunciis (fol.58ra):

Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 6. **Omnis legatio virum sapientem requirit.**[1] Libro 3. epistola 23. **Iuuat probatis ordinanda mandare. Eorum secura substantia est que committitur approbatis.**[2] Libro 6. epistola 17. **Referenti non licet aliquid immutare.**[3]

1. Sed licet omnis legatio uirum sapientem requirat, cui prouinciarum utilitas totiusque regni status committitur uindicandus, nunc tamen necesse est prudentissimum eligere, qui possit contra subtilissimos disputare et in conuentu doctorum sic agere ne susceptam causam tot erudita possint ingenia superare.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.6.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.60, ll.8-13).

2. Iuuat probatis ordinanda mandare, siquidem et de talibus iudicium gaudet eligentis et eorum secura substantia est, quae committitur approbatis.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.23.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.113, ll.2-4).

3. Negotii dominus timoris patrocinio potest sua uerba conuertere, referenti autem non licet aliquid immutare.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.17.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.246, ll.18-20).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 12: De audientia et contumacia (fol.58rb):

Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 12. **Imperium si in paruo contemnitur: in omni parte violatur.**[1] Libro 11. epistola 9. **Odium sibi excitat qui iustis resultat imperiis**.[2]

1. Imperium, si in paruo contemnitur, in omni parte uiolatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.12.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.64, ll.13-14).
2. Odium sibi excitat, qui iustis resultat imperiis.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.8.8 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.437, l.66).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 13: De facti probatione et testimonio (fol.58va):

Cassiodorus epistolarum libro 5. epistola 39. **Quanto vehementior pena est: tanto eius rei debet inquisitio plus haberi: ne amore vindicte innocentes videantur vite pericula sustinere.**

> Homicidii scelus legum iubemus auctoritate resecari: sed quantum uehementior poena est, tanto eius rei debet inquisitio plus haberi, ne amore uindictae innocentes uideantur uitae pericula sustinere.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.39.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.213, ll.25-28).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 15: De vulgari seu famosa asseueratione (fol.59ra):

Cassiodorus epistolarum libro 7. epistola 2. **Nulla potestas est que qualitatem fame sue de ore hominum possit auferre.**

> Habes qui et bene de te loqui debeant et derogare praesumant, quia nulla potestas est, quae qualitatem famae suae de ore hominum possit auferre.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.2.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.261-62, ll.22-25).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 17: De iudiciali mundicia (fol.59vb):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 4. **Excessus tunc sunt in formidine quando creduntur iudicibus displicere.**[1] Libro 4. epistola 35. **Esset cunctis fallendi studium si fraus subuecticium lucraretur effectum.**[2] 49 epistola. **Necesse est vindicte subiaceat qui prauis moribus obsecundat.**[3] Libro 5. epistola 14. **Iustitie ratio persuadet excedentes reprimere vt ad cunctos possit quietis suauitas peruenire.**[4] Libro 9. epistola 2. **Uix audet quisque in illos excedere: in quibus culpas non potest inuenire.**[5] Libro 9. epistola 22. **Indiscreti hominum mores confusique vagarentur si aut culpa formidinem aut virtus premia non haberet.**[6]

1. Non habet distributionis genium, cui auctoritatem libera conscientia non ministrat, quoniam excessus tunc sunt in formidine, cum creduntur iudicibus displicere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.4.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.14, ll.33-35).

2. Obrueretur quippe innocentia si relaxaretur audacia, essetque cunctis fallendi studium, si fraus subrepticium lucraretur effectum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.35.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.165, ll.4-6).

3. Necesse est uindicte subiaceat qui prauis moribus obsecundat.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.49 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.175, ll.13-14).

4. Iustitiae ratio persuadet excedentes reprimere ut ad cunctos possit quietis suauitas peruenire.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.14 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.192, ll.2-3).

5. Viuite iuste, uiuite continenter, qui uix audet quisquam in illos excedere, quibus culpas non potest inuenire.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.2.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.347, ll.49-51).

6. Indiscreti hominum mores confusique uagarentur, si aut culpa formidinem aut uirtus praemia non haberet.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.22.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.373, ll.2-3).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 18: De iudiciali misericordia: venia: et impunitate (fol.60ra):

Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 9. **Benigni principis est ad clementie commodum transilire terminos equitatis.**[1] Libro 3. epistola 47. **Nisi culparum occasiones emergerent locum pietas non haberet.**[2] **Casibus asperis prestandum est sub iustitie laude moderamine: vt nec vindictam sinamus superare peccata: nec culpam insultare patiamur legibus impunitam.**[3] Libro 4. epistola 29. **Non habet venie locum qui deliquit admonitus.**[4] Libro 11. et penultimo epistola 41. et finali. **Ocium tibi clemens actus inducit.**[5]

1. Benigni quippe principis est ad clementiae commodum transilire terminos aequitatum: quando sola est misericordia, cui omnes uirtutes honorabiliter cedere non recusant.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.9.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.61-2, ll.3-6).

2. Materia est gloriae principalis delinquentis reatus, quia nisi culparum occasiones emergerent, locum pietas non haberet.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.46.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.128, ll.2-4).

3. Quapropter casibus asperis praestandum est sub iustitiae laude moderamen, ut nec uindictam sinamus superare peccata nec culpam insultare patiamur legibus impunitam.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.46.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.128, ll.8-11).

4. Ideoque praesenti auctoritate decernimus, ut iussionibus nostris nulla dilationis calliditas afferatur, quia non habet ueniae locum qui delinquit ammonitus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.29.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.160, ll.15-18).

5. Otium tibi clemens actus inducit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.40.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.458, l.30).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 19: De seueritate seu rigore et crudelitate seu seuitia (fol.60rb):

Cassiodorus epistolarum libro 11. et penultimo epistola 41. et finali. **Qui iustitie inexorabili excubat: necesse est vt eum pietas benigna desinat.**

> Qui iustitiae inexorabili excubat necesse est, ut eum pietas benigna discingat.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.40.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.458, ll.31-32).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 1: De intelligentia cognitione ingenio et scientia consideratione morali (fol.61ra):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 8. **Fidem siquidem rerum a ratione colligimus: que nunquam desiderantibus absconditur si suis vestigiis perquiratur.**[1] Libro 5. epistola 2. **Paucos ratio capit: aut probabilis oblectat intentio: ad illud potius turba ducitur quod ad remissionem curarum constat euentum.**[2] Libro 7. epistola 5. **Manus larga artium nutrit ingenia.**[3]

1. Fidem siquidem rerum a ratione colligimus, quae numquam desiderantibus absconditur, si suis uestigiis perquiratur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.9.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.19, ll.5-7).

2. Paucos enim ratio capit, raros probabilis oblectat intentio: ad illud potius turba ducitur, quod ad remissionem curarum constat inuentum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.51.13 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.135, ll.87-89).

3. Manus larga artium nutrit ingenia, quando qui de uictu non cogitat, perficere iussa festinat.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.5.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.265. ll.49-50).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 2: De experientia (fol.61rb-va):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 23. **Bellico homine stirpis est gaudium comprobari.**[1] **Latet sub ocio laudabilis fortitudo: et dum se probandi non habet spacium occulta est lux tota meritorum.**[2] Libro 4. epistola 48. **Multo magis opinio est purgata quam si desinentibus querelis non fuerit impetita.**[3] Libro 11. epistola 2. **Uerus testis est qui laudat expertus.**[4] 41. epistola et finali. **Pectora ipsa vitare norunt qui se lesisse eis noscunt. Itinera illa non repetunt vbi in foueam corruerunt. Tenaces laqueos auis capta declinat: herentem viscum alis suspecta non insidet.**[5]

1. Innotescenda sunt magis Gothis quam suadenda certamina, quia bellicosae stirpi est gaudium comprobari: laborem quippe non refugit, qui uirtutis gloriam concupiscit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.24.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.32, ll.2-4).

2. Latet enim sub otio laudabilis fortitudo et dum se probandi non habet spatium, occulta est lux tota meritorum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.24.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.32, ll.8-10).

3. Quapropter sanctitatis uestrae animus non grauetur nec se fallacibus uerbis doleat accusatum: multo magis est opinio purgata, quam si desinentibus querelis non fuerit impetita.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.44.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.172, ll.17-20).

4. Non sunt nobis, patres conscripti, minus probata quae loquimur: uerus testis est, qui laudat expertus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.1.18 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.435, ll.129-131).

5. Pecora ipsa uitare norunt, quae se laesisse cognoscunt: itinera illa non repetunt, ubi in foueam corruerunt. Tenaces laqueos auis cauta declinat, haerentem uiscum alis suspecta non insidet.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.40.7 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.459, ll.59-63).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 4: De ratione morali consideratione (fol.61vb-62ra):

Cassiodorus epistalarum libro i. epistola 9. **Fidem siquidem rerum a ratione colligimus: que nunquam desiderantibus absconditur si suis vestigiis perquiratur.**

> Fidem siquidem rerum a ratione colligimus, quae numquam desiderantibus absconditur, si suis uestigiis perquiratur.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.9.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.19, ll.5-7).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 4: De ratione morali consideratione (fol.61vb-62ra):

Cassiodorus epistolarum libro 5. epistola 22. **Magnum beneficium est obliuionis nescire defectum. Quedam similitudo nature celestium est tempore decursa semper habere presentia.**[1] Libro 11. et penultimo epistola 39. **Memoria nostra etsi causas retinet verba commutat.**[2]

1. Magnum beneficium obliuionis nescire defectum: et quaedam similitudo uere caelestium est tempore decursa semper habere praesentia.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.22.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.201, ll.36-38).

2. Nam memoria nostra et si causas retinet, uerba commutat: illic autem secure reponitur, quod semper aequaliter audiatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.38.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.456, ll.43-45).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 8: De dubio (fol.62va):

Cassiodorus de anima capitulo 9. **Melius est in occultis causis confiteri ignorantiam quam periculosam assumere fortassis audaciam.**

> Melius est enim in tam occultis causis confiteri ignorantiam quam periculosam assumere fortassis audaciam, cum dicat Apostolus: *qui enim cognouit sensum Domini aut quis eius consiliarius fuit*?
>
> Aurelius Cassiodorus, *De Anima*, 9 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.552, ll.27-30).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 9: De iudicio et pronosticatione futurorum (fol.63ra):

Cassiodorus epistolarum libro 12. et finali epistola 19. **Necesse est vt res magna cum potentia premittat.**

> Aduentum quidem regium ex ipsa potestis cognoscere frequentia commeantum, quia necesse est ut res magna competentia praemittat semper indicia.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.19.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.485, ll.2-4).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 10: De coniectura morum per aspectum et gestum (fol.63rb):

Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola 3. **Panditur animi natura per vultum.**[1] Libro 6. epistola. 9. **Superbus varieatis gressibus patet. Iracundus luminum feruore declaratur. Subdolus terrenum semper amat aspectum. Leues inconstantia prodit oculorum. Auarus ab vncis: vnguibus explanatur.**[2] 16. epistola. **Sollicitis inquisitoribus sepe et vultu proditur quod tacetur.**[3] Libro 12. et finali. **Sicut discipuli magistri scientiam produnt: sic nos obsequentium mores aperiunt.**[4] Libro 7. epistola 5. **Prima fronte talis dominus esse creditur: quale eius habitaculum comprobatur.**[5]

1. Refert facie sanguinis decus, proditur animi natura per uultum et serenitate corporis nubila quoque mentis abstergit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.6.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.102, ll.26-28).

2. Superbus quin etiam uaricatis gressibus patet: iracundus luminum feruore declaratur: subdolus terrenum semper amat aspectum: leues inconstantia prodit oculorum: auarus obuncis unguibus explanatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.9.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.237, ll.33-36).

3. Nam sollicitis inquisitoribus saepe et uultu proditur, quod tacetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.16.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.245, ll.11-12).

4. Per milites suos intellegitur iudex et sicut discipuli magistri scientiam produnt, sic nos obsequentium mores aperiunt.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.1.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.463, ll.5-7).

5. Haec nostra sunt oblectamenta potentiae, imperii decora facies, testimonium praeconiale regnorum: hae legatis sub ammiratione monstrantur et prima fronte talis dominus esse creditur, quale eius habitaculum comprobatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.5.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.264, ll.5-8).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 11: De coniectura morum per verba (fol.63va):

Cassiodorus epistolarum in prohemmio. **Oratio dispar moribus vix potest inueniri.**[1] Libro 5. epistola 22. **Est quoddam speculum morum agentis oratio: nec maius potest esse mentis testimonium quam qualitas inspecta verborum.**[2] Libro 6. epistola 9. **Speculum siquidem cordis hominum verba sunt.**[3]

1. Contingit enim dissimilem filium plerumque generari: oratio dispar moribus uix potest inueniri.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, Praefatio (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.5, ll.69-71).

2. Est enim quoddam speculum morum agentis oratio nec maius potest mentis esse testimonium quam qualitas inspecta uerborum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.12.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.201, ll.26-29).

3. Speculum siquidem cordis hominum uerba sunt, dum illud moribus placere creditur, quod ipse sibi ad agendum legisse monstratur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.9.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.237, ll.31-33).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 1: De prudentia et sapientia [n.p. 1ra]:

Cassiodorus epistolarum libro 6. epistola 10. **Sapientia est que honores meretur.**[1] **Sola prudentia qua nemo sic assequitur vt eam non necessario et per alios querere videatur. Senes ipsi sapientiam consiliis discunt.**[2] Libro 10. capitulo 4. **Sapientiam ille querit in alto penes quem est scientie magnitudo.**[3] Libro 12. et finali epistola 3. **Ubicumque probatur esse necessaria prudentia: quoniam rebus omnibus videtur adhibere accommoda.**[4] Idem de anima capitulo 7. **Circa confusa et incertata prudentia vtiliter adhibetur.**[5]

1. Sapientia est, quae honores meretur, totum aliud extrinsecus uenit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.10.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.238, ll.19-20).

2. Magna est enim infinitaque prudentia, quam nemo sic assequitur, ut eam non necessarie et per alios quaerere uideatur. Senes ipsi consiliis sapientiam discunt et a maturis in commune quaeritur quod pro omnium utilitate tractatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.9.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.307, ll.11-14).

3. Consilium quippe mutuari detrectat inprouidus: sapientiam uero ille quaerit in altero, penes quem est scientiae magnitudo.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.4.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.388, ll.23-25).

4. Et ideo ubique probatur necessaria esse prudentia, quoniam rebus omnibus adhibere uidetur accommoda.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.3.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.466, ll.13-14).

5. Contra confusa et incerta prudentia utiliter adhibetur.

   Aurelius Cassiodorus, *De Anima*, 7 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.548, ll.4-5).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 2: De stultitia et insipientia [n.p. 1va]:

Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 7. **Non est sapientia profutura contemnere.**[1] Libro 3. epistola 52. **Expedit interdum desipere.**[2]

1. Sine usu iacere non decet, quod potest ad deco|rem crescere ciuitatis, quia non est sapientiae profutura contemnere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.7 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.61, ll.2-3).

2. Expedit interdum desipere, ut populi possimus desiderata gaudia continere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.51 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.136, ll.92-93).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 3: De prudentia et premeditatione atque deliberatione [n.p. 2rb]:

Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola 49. **Ideo prouidentia dicitur vt que sunt futura tractentur.**[1] Libro 8. epistola 13. **Omnia deliberata sunt robusta.**[2] Libro 9. epistola 23. **Quis de illa re existimet deliberandum vbi nihil reperitur ambiguum.**[3]

1. Et ideo prouidentia, dicitur, ut quae sunt futura tractentur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.48.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.132, ll.39-40).

2. Contra omnia deliberata robusta sunt et totum bonis actibus optinuisse creditur, qui post documenta laudatae militiae promouetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.13.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.315, ll.6-8).

3. Ad examen ueniant quae putantur incerta: nam quis de illa re aestimet deliberandum, ubi nihil reperitur ambiguum?

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.23.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.374, ll.5-7).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 4: De consilio [n.p. 3rb]:

Cassiodorus epistolarum libro 6. epistola 19. **Omnis prudens consilium querit.**[1] Libro 10. epistola 4. **Consilium mutare detractat improuidus. Sapientiam ille querit in alto penes quem est scientie magnitudo.**[2]

1. Omnis prudens consilium quaerit, dum ille magis studiosior agnoscitur, qui cautior frequenti interrogatione monstratur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.19.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.247, ll.35-37).

2. Consilium quippe mutuari detrectat inprouidus: sapientiam uero ille quaerit in altero, penes quem est scientiae magnitudo.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.4.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.388, ll.23-25).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 6: De ordine et ordinatione [n.p. 4ra]:

Cassiodorus epistolarum libro 8. epistola 13. **Securus celsa conscendit qui se in paulo minoribus approbauit: et certo procedit vestigio qui gradatim desiderio potitur accepto.**

> Securus celsa conscendit, qui se in paulo minoribus approbauit et certo procedit uestigio, qui gradatim desiderio potitur accepto.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.13.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.315, ll.2-4).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 7: De principii qualitate: et principio considerandis [n.p. 4va-vb]:

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 39. **Fatos ipsos apprehendere virgultis teneris inchoamus: ceterum si robora primis scintillis adhibeas igniculum opprimis quem fouere contendis. Sic animi hominum nisi prius leuiter fuerint imbuti ad hoc quod intendunt idonei nequeunt reperiri. Primordia cuncta pauida sunt: et alitur timiditas non tollitur nisi cum rebus necessariis nouitas arrogatur.**[1] Libro 2. epistola 3. **A paruis inchoant que in sequentibus magna se admiratione sublimant.**[2] Libro 4. epistola 14. **In ipsis iniciis comprimendus excessus est: ne feda imitatio turpis scabies paulatim aliquos comprehendat.**[3] Libro 6. epistola 21. **Melius est in ipsis cunabulis adhuc mollia reprimere quam indurata crimina vindicare.**[4]

1. Focos ipsos comprehendere uirgultis teneris inchoamus: ceterum si robora primis scintillis adhibeas, igniculum opprimis, quem fouere contendis. Sic animi hominum, nisi prius leniter fuerint imbuti, ad hoc, quod tendis, idonei nequeunt reperiri. Primordia cuncta pauida sunt et aliter timiditas non tollitur, nisi cum rebus necessariis nouitas abrogatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.40 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.45, ll.14-20).

2. Solent initia portendere meliora, dum a paruis inchoant, quae in sequentibus magna se ammiratione sublimant.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.3.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.57, ll.5-6).

3. In ipsis enim initiis comprimendus excessus est, ne foeda imitatio quasi turpis scabies paulatim reliquos comprehendat.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.14.7 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.152, ll.7-9).

4. Sed quanto melius in ipsis cunabulis adhuc mollia reprimere quam indurata crimina uindicare!

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.21.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.252, ll.6-8).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 9: De perfectione operis [n.p. 5ra]:

Cassiodorus epistolarum libro 4. epistola 21. **Uituperationem generant que in mediis conatibus egra deserunt**.[1] 30. epistola. **Perfectum opus suum laudet auctorem.**[2] Libro 5. epistola 17. **Alacriter incumbendum est inchoatis cum iam uicinitas perfectionis amiserit. Spes effectus tedium laboris excludit. Magnum genus incitamenti est credere desiderata compleri.**[3]

1. Ad finem debet perducere, quae prudentum intentio uisa est suscepisse, quia sicut perfecta laudem pariunt, ita uituperationem generant, quae in mediis conatibus aegra deseruntur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.31.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.162, ll.3-5).

2. Quapropter rebus speratis securus innitere, ut dignus Romanis fabricis haitator appareas perfectumque opus suum laudet auctorem.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.30.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.162, ll.16-18).

3. Alacriter incumbendum est inchoatis, cum iam uicinitas perfectionis arriserit, quando spes effectus taedium laboris excludit et magnum genus incitamenti credere desiderata compleri.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.17.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.196, ll.2-5).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 10: De cause et effectus consideratione et occasione [n.p. 5va]:

Cassiodorus epistolarum libro 7. epistola 6. **Nulla lesio remouetur cuius origo non tollitur.**[1] Libro 9. epistola 23. **Rerum cause semper in semine sunt. Fructus editus perdit auctores.**[2]

1. In primis noxias arbores, quae inferunt fabricarum ruinas, dum sunt quidam moenium importabiles arietes, censemus radicitus amputari, quia nulla laesio remouetur, cuius origo non tollitur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.6.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.267, ll.42-45).

2. Rerum causae semper in semine sunt: fructus editus prodit auctores et quicquid a diuinitate meremur, de felici prole colligitur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.23.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.374-5, ll.13-15).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 11: De pocioritate qualitatis et quantitatis [n.p. 5vb]:

Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 12. **In qualitate non in quantitate est peccatum.**

In qualitate est, non in quantitate peccatum: mensuram siquidem non quaerit iniuria.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.12.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.64, ll.11-13).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 13: De cautione securitate et periculo [n.p. 6va]:

Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola 4. **Qui vult alium in precipites casus mittere: eum certum est fideliter non monere.**[1] Libro 3. epistola 24. **Res parua non vos ducat ad extrema discrimina.**[2] 49. epistola. **Prudentie est cauere etiam que non putantur emergere.**[3] Libro 11. et penultimo epistola 41. et finali. **Ocium tibi clemens actus inducit.**[4]

1. Illi enim credere debetis, quem uestris utilitatibus arridere cognoscitis, quoniam qui uult alterum in praecipites casus mittere, eum certum est fideliter non monere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.4.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.100, ll.35-37).

2. Res parua non uos ducat ad extrema discrimina: acquiescite iustitiae, qua mundus laetatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.24.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.115, ll.16-17).

3. Et quamquam deo iuuante nostris temporibus prouinciam securam credamus, tamen prudentiae nihilominus est cauere etiam quae non putantur emergere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.48.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.131, ll.22-25).

4. Otium tibi clemens actus indicit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.40.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.458, ll.30).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 1: De philosophia et scientia litterarum (fol.65rb-va):

Cassiodorus epistolarum libro 3. capitulo 33. **Gloriosa est scientia litterarum: quia quod primum est in homine mores purgat. quod secundum verborum gratiam subministrat. Ita vtroque beneficio mirabiliter ornat tacitos quietos**.[1] 53. capitulo. **Geometriam quippe vbi est hominum genus acutissimum atque sollicitum: caldei primum inuenisse memorantur**.[2] Libro 6. capitulo 19. **Inter vtilissimas artes quas ad sustentandam humane fragilitatis indigentiam diuina tribuerunt nulla prestare videtur aliquid simile quam potest auxiliariis medicina conferre. ipsa enim morbo periclytantibus materna gratia semper assistit. ipsa contra dolores pro nostra imbecillitate configit: et ibi nos nititur subleuare vbi nulle diuitie nulla potest dignitas subuenire**.[3] **Nullus iustus assidue legit quam quod humana salute tractauerit**.[4] Libro 9. capitulo 21. **Grammaticorum schola est pulcherrimum fundamentum litterarum: mater gloriosa facundie: que cogitare nouit ad laudem loqui sine vicio: hic incursu orationis sic errorem cognoscit absonum: quemadmodum boni mores crimen detestantur externum. Grammatica magistra verborum est**.[5] Libro 10. capitulo 3. **Eruditio litterarum naturam laudabilem eximie reddit ornatam. Inde prudens inuenit: vnde sapientior fiat. Ibi bellator reperit: vnde animi virtute roboretur. Inde princeps accipit quemadmodum populos sub equalitate componit: nec aliqua in mundo potest esse fortuna quam litterarum non auget gloriosa notitia**.[6]

1. Gloriosa est denique scientia litterarum, quia quod primum est in homine, mores purgat: quod secundum, uerborum gratiam sumministrat: ita utroque beneficio mirabilis ornat et tacitos et loquentes.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.33 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.121, ll.15-18).

2. Geometriam quippe, ut est hominum genus nimis acutissimum atque sollicitum, Chaldaei primum inuenisse memorantur, qui rationem ipsius disciplinae generaliter colligentes et in astronomicis rebus et in musicis et in mechanicis et in architectis et in medicinam et ad artem logisticam, uel quicquid potest formis generalibus contineri, aptam esse docuerunt, ut sine ea nihil horum possit ad agnitionem uerissimam peruenire.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.52 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.136, ll.16-23).

3. Inter utillimas artes, quas ad sustentandam humanae fragilitatis indigentiam diuina tribuerunt, nulla praestare uidetur aliquid simile quam potest auxiliatrix medicina conferre. Ipsa enim morbo periclitantibus materna gratia semper assistit. Ipsa contra dolores pro nostra inbecillitate confligit et ibi nos nititur subleuare, ubi nullae diuitiae, nulla potest dignitas subuenire.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.19 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.248-9, ll.1-8).

4. Habeant itaque medici pro incolumitate omnium et post scholas magistrum, uacent libris, delectentur antiquis: nullus iustius assidue legit quam qui de humana salute tractauerit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.19 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.249, ll.29-32).

5. Prima enim grammaticorum schola est fundamentum pulcherrimum litterarum, mater gloriosa facundiae, quae cogitare nouit ad laudem, loqui sine uitio. Haec in cursu orationis sic errorem cognoscit absonum, quemadmodum boni mores crimen detestantur externum. Grammatica magistra uerborum, ornatrix humani generis, quae per exercitationem pulcherrimae lectionis antiquorum nos cognoscitur iuuare consiliis.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.21 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.371-2, ll.14-24).

6. Accessit his bonis desiderabilis erudito litterarum, quae naturam laudabilem eximie reddit ornatam. Ibi prudens inuenit, unde sapientior fiat: ibi bellator reperit, unde animi uirtute roboretur: inde princeps accipit, quemadmodum populos sub aequalitate componat: nec aliqua in mundo potest esse fortuna, quam litterarum non augeat gloriosa notitia.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.386, ll.25-31).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 2: De auctoribus scientiarum et libris eorum (fol.66ra):

Cassiodorus epistolarum libro 2. capitulo 40. **Semper gratum est de doctrina colloqui cum peritis**.[1] Libro 3. capitulo 11. **Fugiat doctrina delictum. Indocilis est animi ad vicia trahi**.[2] Libro 4. capitulo 28. **Dignus est inter alios sequenda decernere qui sibi modum visus est legitime conuersationis imponere**.[3] Libro 6. capitulo 6. **Reuerendum honorem sumit quisquis magistri nomen acceperit: quia hoc vocabulum semper de peritia venit**.[4] Libro 8. epistola 12. **Sicut pernitiosum est doctos praua suadere: sic salutare munus est cum veritatis terminos disertitudo nescit excedere**.[5]

1. Sed quoniam nobis facta est uoluptuosa digressio, quia semper gratum est de doctrina colloqui cum peritis, citharoedum, quem a nobis diximus postulatum, sapientia uestra eligat praesenti tempore meliorem, facturus aliquid Orphei, cum dulci sono gentilium fera corda domuerit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.40 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.91, ll.135-139).

2. Fugiat ergo doctrina delictum. Indocilis est animi ad uitia trahi: aedificatus libris locum non relinquit iniuriis, ubi in teneris annis acquiritur, quod matura aetate seruetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.11 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.106, ll.33-36).

3. Conscientiam probamus, cui iudicanda committimus, quia dignus est inter alios sequenda decernere, qui sibi modum uisus est legitimae conuersationis imponere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.28 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.160, ll.2-4).

4. Reuerendum honorem sumit, quisquis magistri nomen acceperit, quia hoc uocabulum semper de peritia uenit et in nomine cognoscitur, quid sit de moribus aestimandum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.231, ll.1-4).

5. Nam sicut perniciosum est doctos praua suadere, sic salutare munus est, cum ueritatis terminos disertitudo nescit excedere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.12 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.314, ll.19-20).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 3: De doctrina et doctoribus seu magistris (fol.66va):

Cassiodorus epistolarum libro i. capitulo 39. **Focos ipsos apprehendere virgultis teneris inchoamus. Ceterum si robora primis scintillis adhibeas: igniculum opprimis quam fouere contendis. Sic animi hominum nisi prius leuitate fuerint imbuti ad hoc quod intendunt idonei nequeunt reperiri**.[1] Libro i. capitulo 40. **Semper gratum est de doctrina colloqui cum peritis**.[2] Libro 3. capitulo 11. **Fugiat doctrina delictum. Indocilis est animi ad vitia trahi**.[3] Libro 4. capitulo 28. **Dignus est inter alios sequenda decernere qui sibi modum visus est legittime conuersationis imponere**.[4] Libro 6. capitulo 6. **Reuerendum honorem sumit quisquis magistri nomen accepit: quia hoc vocabulum semper de peritia venit**.[5] Libro 8. capitulo 12. **Sicut pernitiosum est doctos praua suadere: sic salutare minus est cum veritatis terminos disertitudo nescit excedere**.[6]

1. Focos ipsos comprehendere uirgultis teneris inchoamus: certum si robora primis scintillis adhibeas, igniculum opprimis, quem fouere contendis. Sic animi hominum, nisi prius leniter fuerint imbuti, ad hoc, quod tendis, idonei nequent reperiri.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.40 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.45, ll.14-18).

2. Sed quoniam nobis facta est uoluptuosa digressio, quia semper gratum est de doctrina colloqui cum peritis, citharoedum, quem a nobis diximus postulatum, sapientia uestra eligat praesenti tempore meliorem, facturus aliquid Orphei, cum dulci sono gentilium fera corda domuerit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.40 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.91, ll.135-139).

3. Fugiat ergo doctrina delictum. Indocilis est animi ad uitia trahi: aedificatus libris locum non relinquit iniuriis, ubi in teneris annis acquiritur, quod matura aetate seruetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.11 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.106, ll.33-36).

4. Conscientiam probamus, cui iudicanda committimus, quia dignus est inter alios sequenda decernere, qui sibi modum uisus est legitimae conuersationis imponere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.28 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.160, ll.2-4).

5. Reuerendum honorem sumit, quisquis magistri nomen acceperit, quia hoc uocabulum semper de peritia uenit et in nomine cognoscitur, quid sit de moribus aestimandum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.231, ll.1-4).

6. Nam sicut perniciosum est doctos praua suadere, sic salutare munus est, cum ueritatis terminos disertitudo nescit excedere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.12 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.314, ll.19-20).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 4: De admonitione castigatione seu correctione (fol.67va):

Cassiodorus epistolarum libro i. capitulo. 5. **Cogi debet vt sit quietus qui suo vicio renuit esse pacificus**.[1] Libro i. capitulo 14. **Malum cum perseuerat augetur: et remedicabile bonum est in peccatum accelerata correctio**.[2] Libro 5. capitulo 4. **Pudoris sustinere iacturam nesciunt qui se prius iudice corrigunt**.[3] Libro 9. capitulo 12. **Hoc est propria delicta corrigere quod et non facere**.[4] 18. capitulo. **Similis fit innocenti quem contingit sub comminatione purgari**.[5] Libro 11. capitulo 3. **Non facile efficitur viciosus cui admonitor insistit assiduus**.[6] Idem de amicitia capitulo 24. **Qui sequuntur sue mentis impetum et non rationem: vix aut nunquam incorripiendo proficiunt**.[7] **Tardius peccatum soluitur quod per consilium solidatur**.[8]

1. Cogi enim debet, ut sit quietus, qui suo uitio renuit esse pacificus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.17, ll.12-14).

2. Malum enim cum perseuerat, augetur, et remediale bonum est in peccatum accelerata correctio.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.14 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.108, ll.11-12).

3. Pudoris enim sustinere iacturam nesciunt, qui se prius iudice corriguntur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.185, ll.30-31).

4. Hoc etiam addendum esse credidimus — quando amore clementiae errores nolumus inuenire, ne coacti potius resecemus quod salua iustitia dissimulare non possumus — ut, si aliquem studio laesistis prauo, uestro magis emendetis arbitrio, quia hoc est propria delicta corrigere quod et non facere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.12 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.359, ll.12-17).

5. Cuncti enim sibi aestimant dici, ubi nullum constat exponi et similis fit innocentis, quem contigerit sub communione purgari.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.18 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.366, ll.4-6).

6. Bene agere uel correptus exopto, quia difficilius errat ouis, quae voces desiderat audire pastoris nec facile efficitur uitiosus, cui ammonitor insistit assiduus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.2.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.427, ll.38-41).

7. Sunt enim, qui ebullient interius, aestum vesaniae nomine zeli palliant et colorant; sed qui sequuntur suae mentis impetum, et non potius rationem, vix aut nunquam in corripiendo proficiunt.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 22 (M.-M. Davy ed., p.218, 220).

8. Nam tardius peccatum soluitur quod et per consilium solidatur.

   Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.32 (SC 382, F. Rommel ed., p.494, ll.77-78).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 6: De exemplo et imitatione (fol.68va):
Cassiodorus epistolarum libro 5. capitulo 44. et finali. **Instructius redditur animus in futuris quando preteritorum commonetur exemplis**.[1] Libro 10. capitulo 13. **Res minor ad potioris currit exemplum: et alieni facti iure inuidiam substinet qui peccatis prestat exemplum**.[2] Libro 12. et finali capitulo i. **Sicut discipuli magistri scientiam produnt: sic nos obsequentium mores aperiunt**.[3]

1. Estote nunc ad similia cauti, ad uentura solliciti: quia instructus redditur animus in futuris, quando praeteritorum commonetur exemplis.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.44 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.222, ll.32-35).

2. Res minor ad potioris currit exemplum et alieni facti iure inuidiam sustinet, quae peccatis praestat exemplum et alieni facti iure inuidiam sustinet, quae peccatis praestat exemplum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.13 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.396, ll.13-15).

3. Per milites suos intellegitur iudex et sicut discipuli magistri scientiam produnt, sic nos obsequentium mores aperiunt.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.463, ll.5-7).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 7: De disciplina (fol.69va):
Cassiodorus epistolarum libro 3. capitulo 11. **Indocilis est animi ad vitia trahi. Edificator liberis locum non relinquit iniuriis**.[1] Libro 6. capitulo 19. **Ille magis studiosus agnoscitur qui cautior frequenti interrogatione monstratur**.[2] Libro 8. capitulo 9. **Magna est infinitaque prudentia quam nemo sic assequitur vt eam non necessario et per alios querere videatur**.[3] Libro 10. capitulo 4. **Sapientiam ille querit in altero penes quem est scientie magnitudo**.[4]

1. Indocilis est animi ad uitia trahi: aedificatus libris locum non relinquit iniuriis, ubi in teneris annis acquiritur, quod mantra aetate seruetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.11 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.106, ll.33-36).

2. Omnis prudens consilium quaerit, dum ille magis studiosior agnoscitur, qui cautior frequenti interrogatione monstratur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.19 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.249, ll.35-37).

3. Magna est enim infinitaque prudentia, quam nemo sic assequitur, ut eam non necessarie et per alios quaerere uideatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.9 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.307, ll.11-12).

4. Consilium quippe mutuari detrectat inprouidus: sapientiam uero ille quaerit in altero, penes quem est scientiae magnitudo.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.388, ll.23-25).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 8: De etate acceptabili discipline (fol.70ra):
Cassiodorus epistolarum libro 3. capitulo 11. **In teneris annis acquiritur quod matura etate seruatur.**

> Indociliis est animi ad uitia trahi: aedificatus libris locum non relinquit iniuriis, ubi in teneris annis acquiritur, quod matura aetate seruetur.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.11 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.106, ll.33-36).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 9: De studio discipline et continuatione eius (fol.70va):
Cassiodorus epistolarum libro 11. capitulo. i. **Egrescit profecto ingenium nisi iugi lectione reparetur**.[1] **Si quid in nobis redolet studiorum flos est: quod nihilominus marcidum redditur si a matre lectione carpatur.**

1. Aegrescit profecto ingenium, nisi iugi lectione reparetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11 praef. (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.421, ll.54-56).

2. Si quid autem in nobis redolet, studiorum flos est, quod nihilominus marcidum redditur, si a matre lectione carpatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11 praef. (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.421, ll.59-61).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 10: De inuestigatione seu indagatione et inuentione (fol.71ra):
Cassiodorus epistolarum libro i. capitulo 9. **Fidem siquidem rerum a ratione colligimus: que nunquam desiderantibus absconditur si suis vestigiis perquiratur**.

> Fidem siquidem rerum a ratione colligimus, quae nunquam desiderantibus absconditur, si suis uestigiis perquiratur.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.9 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.19, ll.5-7).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 6: De exercitio et vsu exercitii (fol.72va):
Cassiodorus epistolarum libro i. capitulo 40. **Ars bellandi si non preluditur: cum fuerit necessaria non habetur**.[1] Libro 3. capitulo 1. **Nisi vsu presumatur: concertandi subito fiducia non habetur**.[2] Libro 6. capitulo 10. **Habent exercitia premia sua**.[3] Libro 11. et penultimo capitulo 38. **Labores reddunt homines semper instructos. Ille instructior redditur qui actu continue deuotionis eruditur**.[4]

1. Ars enim bellandi, si non praeluditur, cum fuerit necessaria, non habetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.40 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.45, ll.6-7).

2. Terribilis est hominibus conflictus, si non sit assiduus et nisi usu praesumatur, concertandi subito fiducia non habetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.96, ll.7-9).

3. Habeant exercitia praemia sua: sed et iste honorabilis locus sit, qui tantum meritis comparatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.10 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.239, ll.23-24).

4. Splendescunt usu ipso laboribus attributi, qui reddunt homines semper instructos: labores, inquam, uiolenti magistri, solliciti paedagogi, per quos cautior quis effictur, dum incurri pericula formidantur. Erudiatur quis forensibus litteris: alter qualibet disciplina doceatur: ille tamen instructior redditur, qui actu continuae deuotionis eruditur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.37 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.454-5, ll.20-26).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 7: De cura et intentione animi et negligentia (fol.73ra):
Cassiodorus epistolarum libro i. capitulo 24. **Illa sunt robusta illa diuturna que prudentia incipit et cura custodit. Maior in conseruandis rebus quam in inueniendis adhibenda cautela est: quia de initiis predicatio debetur inuento: de custoditis acquiritur laudata perfectio**.[1] 43. capitulo. **Que studiosius diligimus maiori gratia custodiuntur**.[2] Libro 4. capitulo 30. **Facilis est edificiorum ruina incolarum subtracta custodia: et cito vetustatis decoctione resoluitur quod hominum presentia non tuetur**.[3] 31. capitulo. **Uituperationem generant que in mediis conatibus egra deseruntur**.[4] Libro 11. et penultimo capitulo 31. et finali. **Omnia que possunt habere contraria facilis casus assumerent si curam salutis proprie non haberent**.[5] **Patitur omnis periculosos nexus: quos sustinet euadere**.[6]

1. Nil prodest initia rei solidare, si ualebit praesumptio ordinata destruere: illa sunt enim robusta, illa diuturna, quae prudentia incipit et cura custodit. Atque ideo maior in conseruandis rebus quam in inueniendis adhibenda cautela est, quia de initiis praedicatio debetur inuento, de custoditis acquiritur laudata perfectio.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.25 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.33, ll.2-7).
2. Cautela siquidem prodit affectum et quae studiosius diligimus, maiori gratia custodimus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.44 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.48, ll.4-5).
3. Ita fit, ut, quod per incuriam poterat labi, manentum uideatur diligentia sustineri, quia facilis est aedificiorum ruina incolarum subtracta custodia et cito uetustatis decoctione resoluitur, quod hominum praesentia non tuetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.30 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.161-2, ll.10-13).
4. Ad finem debet perducere, quae prudentum intentio uisa est suscepisse, quia sicut prefecta laudem pariunt, ita uituperationem generant, quae in mediis conatibus aegra deseruntur.

   Aerelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.31 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.162, ll.3-5).
5. Omnia enim, quae possunt habere contraria, facilis casus absumeret, si curam salutis propriae non haberent.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.40 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.460, ll.75-77).
6. Patitur omnis homo periculosos nexus, quos festinet euadere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.40 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.460, ll.75-77).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.74ra):
Cassiodorus epistolarum libro primo capitulo 23. **Laborem quippe non refugit qui virtutis gloriam concupiscit**.[1] 38. capitulo. **Natura siquidem humana sicut duris laboribus instruitur: ita per ocia torpentia fatuatur**.[2] Libro 11. capitulo 32. **Diutius labor sibi vendicat quod inexperta vix potest inuenire nobilitas**.[3] 35. capitulo. **Labores reddunt homines semper instructos**.[4]

1. Innotescenda sunt magis Gothis quam suadenda certamina, quia bellicosae stirpi est gaudium comprobari: laborem quippe non refugit, qui uirtutis gloriam concupiscit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.24 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.32, ll.2-4).
2. Natura siquidem humana sicut duris laboribus instruitur, ita per otia torpentia fatuatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.39 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.44, ll.19-21).
3. Decet palmae praemia consequi, qui sacramentis militaribus uidentur esse perfuncti, quia diutinus labor sibi uindicat quod inexperta uix potest inuenire nobilitas.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.31 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.450, ll.2-4).
4. Splendescunt usu ipso laboribus attributi, qui reddunt homines semper instructos: labores, inquam, uiolenti magistri, solliciti paedagogi, per quos cautior quis efficitur, dum incurri pericula formidantur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.37 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.455, ll.20-24).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 1: De taciturnitate et loquacitate (fol.75ra):

Cassiodorus epistolarum libro 10. epistola 4. **Hec est regalis proculdubio virtus celerius necessaria sentire: et tardius in verba prorumpere**.

Haec est regalis procul dubio uirtus celerius necessaria sentire et tardius in uerba prorumpere.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.388-9, ll.48-49).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 5: De enunciatione indicatione affirmatione approbatione et reprobatione (fol.76rb):

Cassiodorus epistolarum libro 5. capitulo 21. **Age ne tua tibi obiiciatur oratio: quia pondus pudoris grauissimi est propria voce conuinci**.[1] Libro 10. capitulo. 4. **Nescit penitenda loqui qui proferenda prius suo tradit examini**.[2]

1. Age, ne tua tibi obiciatur oratio, quia pondus est pudoris grauissimi propria uoce conuinci.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.21 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.200, ll.17-18).
2. Nescit enim paenitenda loqui, qui proferenda prius suo tradit examini.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.389, ll.49-50).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 9: De secretis tacendis et celandis et propalatione eorum (fol.77rb): Cassiodorus epistolarum libro 2. capitulo 39. **Semper gratum est de doctrina conloqui cum peritis**.

> Sed quoniam nobis facta est uoluptuosa digressio, quia semper gratum est de doctrina colloqui cum peritis, citharoedum, quem a nobis diximus postulatum, sapientia uestra eligat praesenti tempore meliorem, facturus aliquid Orphei, cum dulci sono gentilium fera corda domuerit.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.40 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.91, ll.135-139).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 13: De aspera vel rigida et de verbis malignis ac conuiciis (fol.78rb): Cassiodorus epistolarum libro i. capitulo 30. **Conuicia nec gaudium pariunt nec de letitia procreantur**.

Conuincia nec gaudium pariunt nec de laetitia procreantur.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.31 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.38, ll.7-9).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 14: De minis (fol.78vb):
Cassiodorus epistolarum libro 4. capitulo 49. **Plerunque denunciata comminatio plus efficit quam pena componat**.

Plerumque enim denuntiata comminatio plus efficit quam poena componit.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.49 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.175, ll.6-7).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 1: De rethorica et poetria et eloquentia facundia: oratione et oratore atque poeta (fol.79rb-va):

Cassiodorus epistolarum in prohemio. **Dictio semper agrestis est que aut sensibus electis per moram non committitur: aut verborum minime proprietatibus explicatur. Loqui nobis communiter datum est solus ornatus est qui discernit indoctos**.[1] Libro 5. capitulo 4. **Nimis rarum est solide loqui: et cum multa dicere suppetunt titubantia non proferre**.[2] 21. capitulo. **Age: ne tua tibi obiiciatur oratio: quia pondus pudoris est grauissimi propria voce conuinci**.[3] 22. capitulo. **Multum facundior est qui sententiam dictat quam ille qui supplicat: libertas verba nutrit. metus autem copiam frequenter intercipit**.[4] Libro 9. capitulo 21. **Sola reperitur eloquentia que tantum romanorum dominiis obsecundat. hinc oratorum pugna ciuilis iuris classicum canit. hinc cunctos proceres nobilissima disertitudo commendat**.[5] Libro 10. capitulo 6. **Oratoriam artem ornamentum omnium litterarum esse fatemur. quicquid enim in qualibet disciplina concipitur: ab ista sub decore profertur**.[6] **Naturale est inuenire: sed facundi decenter asserere. Quale est cunctis desiderantibus loqui: et res communes ita diserte loqui quas etiam prudentes se mirentur audisse**.[7]

1. Dictio semper agrestis est, quae aut sensibus electis per moram non comitur aut uerborum minime proprietatibus explicatur. Loqui nobis communiter datum est: solus ornatus est, qui discernit indoctos.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, Praefatio (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.3, ll.13-17).

2. Nimis rarum est, patres conscripti, solidum loqui et, cui multa necesse est dicere, titubantia non proferre.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.185, ll.34-35).

3. Age, ne tua tibi obiciatur oratio, quia pondus est pudoris grauissimi propria uoce conuinci.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.21 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.200, ll.17-18).

4. Augebit eloquentiam officio meliore ditatus, quoniam multum facundior est qui sententiam dictat quam ille qui supplicat. Libertas uerba nutrit, metus autem copiam frequenter intercipit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.22 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.202, ll.46-49).

5. Arma enim et reliqua gentes habent: sola reperitur eloquentia, quae Romanorum dominis obsecundat. Hinc oratorum pugna ciuilis iuris classicum canit: hinc cunctos proceres nobilissima disertitudo commendat et ut reliqua taceamus, hoc quod loquimur inde est.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.21 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.372, ll.25-30).

6. Nam inter ceteras artes oratoriam sic diligimus, ut eam ornamentum litterarum omnium esse fateamur. Quicquid enim in qualibet disciplina concipitur, ab ista sub decore profertur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.390, ll.18-20).

7. Naturale est inuenire, sed facundi decenter adserere. Quale est enim cunctis desiderantibus loqui et res communes ita diserte dicere, quas etiam prudentes se mirentur audisse?

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.391, ll.22-25).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 2: De potentia et effectu eloquentie (fol.80ra):
Cassiodorus epistolarum libro i. capitulo 44. et penultimo. **Frequenter quod arma explere nequeunt oblectamenta suauitatis imponunt**.[1] Libro 8. capitulo 13. **Omnia siquidem bona cumulat lingua diserta**.[2]

1. Frequenter enim quod arma explere nequeunt, oblectamenta suauitatis imponunt.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.45 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.49, ll.4-6).
2. Omnia siquidem bona cumulat lingua diserta et quod a nobis praecipitur, gratia dicantis ornatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.13 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.316, ll.26-27).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 8: De qualitate verborum obseruanda eloquenti (fol.81vb-82ra):
Cassiodorus epistolarum libro 5. epistola 4. **Nimis rarum est solide loqui: et cum multa dicere suppetunt titubantia non proferre.**

> Nimis rarum est, patres conscripti, solidum loqui et, cui multa necesse est dicere, titubantia non proferre.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.4.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.185, ll.34-35).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 23: De electis conclusionibus rethorice orationis (fol.85ra):
Cassiodorus epistolarum libro 10. epistola 33. **Pauca dixisse sapientie vestre sufficiant: quia quod in alto pectore protenditur consideratum semper augetur.**[1] Idem de anima capitulo 17. et finali. **Hec pro nostro modulo non pro rerum ipsa magnitudine dicta sufficiant.**[2]

1. Pauca dixisse sapientiae uestrae sufficiunt, quia in alto pectore protenditur, quod consideratum semper augetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.33.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.417, ll.22-24).
2. Verum haec pro nostro modulo, non pro rerum ipsarum magnitudine dicta sufficiant, quando et amplius quam expetebamur ediximus et alma lumina ueracium litterarum breuiter talia cauteque docuerunt.

   Aurelius Cassiodorus, *De Anima*, 18 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.575, ll.55-58).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 1: De temperantia et modestia modo atque nimietate (fol.86ra):

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 4. **Uoluntas recta in grauibus passionibus non est.**[1] 10. epistola. **Assidue dimicantibus difficile est morum custodire mensuram.**[2] 18. epistola. **Modus vbique laudandus est.**[3] Libro 2. epistola 26. **Cum temperantia diligitur: velociter profutura succedunt.**[4] 41. epistola et finali. **Is vincit assidue qui nouit omnia temperare.**[5] Libro 3. epistola i. **Moderatio prouida est que gentes seruat furor autem instantiam plerunque precipitat.**[6] 11. epistola. **Modesta dilige.**[7] Libro 4. epistola 4. **Modus raro letis rebus imponitur: qui magis in tristibus inuenitur.**[8] Libro 9. epistola 15. **Omnia decet sub ratione moderari: nec possunt dici iuxta que nimia sunt.**[9] 25. epistola et finali. **Indubitata gloria morum est custodisse mensuram.**[10] Libro 10. epistola 3. **Nimium non placet: etiam quod bonum putatur.**[11] 11. epistola. **De modestia laus sumitur: de elatione odium concitatur.**[12] Idem de anima capitulo 7. **Contra delectationes illicitas et voluntates feruidas moderatrix nobis temperantia suffragatur.**[13]

1. Nam et medendi peritus inuitum frequenter saluat aegrotum, dum uoluntas recta in grauibus passionibus non est, sed potius illud appetitur quod a salutis iudice grauare posse sentitur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.5.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.17, ll.13-16).
2. Quapropter Moniarii supplicatione commoti praesentibus te affamur oraculis, ut, si re uera mancipia eius Breones irrationabiliter conoueris abstulisse, qui militaribus officiis assueti ciuilitatem premere dicuntur armati et ob hoc iustitiae parere despiciunt, quoniam ad bella Martia semper intendunt, dum nescio quo pacto assidue dimicantibus difficile est morum custodire mensuram.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.11.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.22, ll.5-11).
3. Modus ubique laudandus est.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.19.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.28, ll.6-7).
4. Res publica siquidem iure semper aequitatis augetur, et cum temperantia diligitur, uelociter profutura succedunt.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.26.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.75, ll.3-5).
5. Is enim uincit assidue qui nouit omnia temperare, dum iucunda prosperitas illis potius blanditur, qui austeritate nimia non rigescunt.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.41.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.92, ll.18-21).
6. Moderatio prouida est, quae gentes seruat: furor autem instantia plerumque praecipitat et tunc utile solum est ad arma concurrere, cum locum apud aduersarium iustitia non potest inuenire.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.1.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.96, ll.10-13).
7. Auara fuge, iusta sequere, modesta dilige, iracunda contemne.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.11.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.106, ll.18).
8. Nouum est enim sub amore principis custodire modestiam, quia gaudia semper animos inquietant: modus enim raro laetis rebus imponitur, qui magis in tristibus inuenitur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.4.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.146, ll.22-25).
9. Et quia omnia decet sub ratione moderari nec possunt dici iusta quae nimia sunt, cum de apostolici consecratione pontificis intentio fortasse prouenerit et ad palatium nostrum perducta

fuerit altercatio poulorum, suggerentes nobis intra tria milia solidorum cum collectione chartarum censemus accipere.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.15.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.363, ll.30-35).

10. Talem Metelli in Asia, talem Catonis in Hispania legitis fuisse ducatum, qui plus de sua disciplina quam per arma laudati sunt: non iniuria, quia hostem congredi uariuis semper euentus est, indubitata uero gloria morum custodisse mensuram.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.25.10 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.380, ll.59-63).

11. Laudata est nimirum setentia, quae rerum praecipit modum, quia nimium non placet etiam quod bonum putatur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.3.7 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.387, ll.47-49).

12. Humilis age rem gloriae, quia de modestia laus sumitur, de elatione odium concitatur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.11.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.395, ll.31-32).

13. Contra delectationes igitur illicitas et uoluptates feruidas moderatrix nobis temperantia suffragatur.

    Aurelius Cassiodorus, *De Anima*, 7 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.549, ll.9-10).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 3: De modo exigentie cuiuscumque proportionalitatis seu conformitatis (fol.86vb):

Cassiodorus epistolarum libro 8. epistola 20. **Contrariis rebus plerunque medicina paratur.**

Contrariis rebus plerumque medicina succedit, nam, dum calor uitalis adhibitus fuerit, frigus pestiferum tunc recedit.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.20.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.325, ll.4-6).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 4: De paucitatis acceptabilitate et reprobatione multitudinis (fol.87ra-rb): Cassiodorus epistolarum libro 7. epistola 2. **Dum tempus potantis prolixum queritur culparum opprobria non vitantur.**[1] 9. epistola. **A paucis accipit qui nimium querit.**[2]

1. Sufficit enim unicuique discessisse laudatum, quia dum tempus potestatis prolixum quaeritur, culparum obprobria non uitantur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.2.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.261, ll.5-7).
2. A paucis accipit qui nimium quaerit: et sibi ipse nutrit uitae munera, qui moderatur oblata.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.9.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.270, ll.25-26).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 6: De multitudinis acceptabilitate et reprobatione paucitatis (fol.87vb): Cassiodorus epistolarum libro 6. epistola 11. **Constat felicem esse rem publicam que multis ciuibus resplendet ornata.**

Constat felicem esse rem publicam, quae multis ciuibus resplendet ornata.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.11.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.239, ll.2-3).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 7: De acceptabilitate temporis et sociorum (fol.88ra):
Cassiodorus epistolarum libro 5. epistola 22. **Aptum est omne bonum locis suis: et laudabilia quoque sordes eunt nisi congrua sede potiantur.**

Aptum est omne bonum locis suis et laudabilia quaeque sordescunt, nisi congrua sede potiantur.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.22.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.201, ll.8-9).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 8: De modo celeritatis dilationis et more (fol.88va):
Cassiodorus epistolarum libro i. capitulo 39. **Quod salubriter constat esse dispositum per tarditatis vicium non incurrat obstaculum.**[1] Libro 3. capitulo 14. **Malum cum perseuerat augetur: et remediabile bonum est in peccatum accelerata correctio.**[2] 40. capitulo. **Lesionis genus est profutura tardare. Non possumus existimare iocundum quod ingrata fuerit dilatione suspensum.**[3] Libro 6. capitulo 9. **Omne siquidem iustum celeritatis comodo transit ad beneficium: et quod debito redditur tali gratia munus putatur.**[4] Libro 9. epistola 24. **Habet hoc humana conditio vt celerius adepta fastidio sint: dum omne preciosum vilescit oblatum. Dulcius accipitur quod sub aliqua dilatione prestatur.**[5]

1. Ordinatio nostra per moram non debet impediri, ne, quod salubriter constat esse dispositum, per tarditatis uitium non incurrat obstaculum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.40 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.45, ll.2-4).
2. Malum enim cum perseuerat, augetur, et remedialе bonum est in peccatum accelerata correctio.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.14 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.108, ll.11-12).
3. Quamuis sensum nostrae pietatis turba multiplex cogitationis intraret et diuersas regni partes consueta sedulitate respiceret, festine tamen remedia uestrae utilitatis aspeximus quoniam apud conscientiam nostram laesionis genus est profutura tardare nec possumus aestimare iucundum, quod ingrata fuerit dilatione suspensum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.40.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.125, ll.3-8).
4. Omne siquidem iustum celeritatis commodo transit ad beneficium et quod debito redditur, tali gratia munus putatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.9.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.237, ll.46-48).
5. Habet hoc enim humana condicio, ut celerius adepta fastidio sint, dum omne pretiosum uilescit oblatum et contra dulcius accipitur, quod sub aliqua dilatione praestatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.24.10 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.378, ll.78-81).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 10: De repentinis seu subitis actibus (fol.88vb):
Cassiodorus epistolarum libro i. capitulo 16. **Omnia subita probantur incauta.**[1] Libro 8. capitulo 13. **Inexplorati suspitionem non refugit quod repente prouenerit.**[2]

1. Omnia subita probantur incauta et male constructio loci tunc quaeritur, quando iam pericula formidantur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.17.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.26, ll.7-9).
2. Sine merito siquidem remuneratum putatur omne quod subitum est nec inexplorati suspicionem refugit, quod repente prouenerit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.13.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.315, ll.4-6).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 11: De sufficientia sacietate et insacietate (fol.89ra):
Cassiodorus epistolarum libro 11. epistola 2. **Unus satiare non valet omnium vota.**[1] 3. epistola. **Arduum est quidem multorum desideriis satisfacere.**[2]

1. Subuenite, patres conscripti, et agendo pro me communibus dominis gratias debitum meum uestra satisfactione persoluite: name sicut unus satiare non ualet omnium uota, ita multi unius possunt complere disposita.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.1.20 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.426, ll.150-154).
2. Arduum est quidem multorum desideriis satisfacere, sed nouit diuinitas magna praestare.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.2.7 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.428, ll.52-54).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 1: De diuitiarum proficuo et nocumento paupertatis (fol.90ra):
Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 18. **Indigentiam nostram iuste fugimus que suadet excessus. Pernitiosa res est in imperatore tenuitas.**[1] Libro 7. epistola 18. **Idonei damna vix sentiunt: tenues autem leui dispendio vulnerantur: quando vel mediocri iniuria totum videtur amittere: qui exiguum noscitur possidere.**[2]

1. Indigentiam iuste fugimus quae suadet excessus, dum perniciosa res est in imperante tenuitas.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.19.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.28, ll.5-6).
2. Idonei damna uix sentiunt, tenues autem leui dispendio uulnerantur, quando uel mediocri iniuria totum uidetur amittere, qui exiguum cognoscitur possidere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.14.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.274, ll.21-23).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 2: De paupertatis proficuo et molestia ac illaudatione diuitiarum (fol.91ra): Cassiodorus de amicitia capitulo 16. **In diuitiis fides amicitie latet.**[1] 17. capitulo. **Solidiores inueniuntur plerunque pauperum amicitie quam magnatum. Tanto purior est erga pauperem charitatis affectio: quanto nulla contra eum subest adulationis aut simulationis occasio**.[2] Idem epistolarum libro 9. epistola 22. **Copia plerunque solet habere fastigium.**[3] Idem de charitate seu dilectione dei capitulo 4. **Ubi copia diuitiarum maior: exuberat ibi se grauior molestia sollicitudinum totius perturbatiua quietis intrudit.**[4] 5. capitulo. **Pecunia cum labore acquiritur: acquisita cum timore seruatur: et tandem cum dolore amittitur.**[5]

1. Et iterum: Amicit divitis multi sed in divitiis fides amicitiae latet.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 14 (M.-M. Davy ed., p.178).
2. Propterea solidiores inveniuntur plerunque pauperum amicitiae quam magnatum. Divitibus siquidem assentatorie gratificatur a multis. Nullus vero erga inopem simulatorie agit sed tanto purior est erga pauperem charitatis affectio, quanto nulla circa eum subest adulationis vel simulationis occasio.

   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 15 (M.-M. Davy ed., p.184).
3. Vos enim completis paginam consularum: uos crebro nominat cursus annorum et dum copia plerumque soleat habere fastidium, uestrum nomen repetitum semper efficitur gloriosum.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.22.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.373-4, ll.30-33).
4. Ubi enim copia divitiarum major exuberat, ibi se gravior molestia sollicitudinum totius perturbativa quietis intrudit.

   Petrus Blesensis, *De dilectione Dei et proximi*, 4 (M.-M. Davy ed., p.260).
5. Pecunia cum labore acquiritur, acquisita cum timore servatur, et tandem cum dolore admittitur.

   Petrus Blesensis, *De dilectione Dei et proximi*, 5 (M.-M. Davy ed., p.264).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 3: De lucro et acquisitione diuitiarum (fol.91va):
Cassiodorus epistolarum libro 7. epistola 9. **A paucis accipit qui nimium querit.**

A paucis accipit qui nimium quaerit: et sibi ipse nutrit uitae munera, qui moderatur oblata.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.9.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.270, ll.25-26).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 4: De lucra acquisitionis honestate consideranda (fol.91va-vb):
Cassiodorus epistolarum libro 5. epistola 13. **Pulchrum est commodum feda neglexisse lucra pecunie.**[1] Libro 8. epistola 20. **Pecunias illas volumus quibus libra iustitie suffragatur.**[2] Libro 9. epistola 3. **Aurum siquidem per bella querere nephas est: per maria periculum: per falsitates opprobrium: in sua vero natura iustitia. Honesta sunt lucra per que nemo leditur. Bene queritur quod a nullis adhuc dominis abrogatur.**[3] 14. epistola. **Commodum debet esse cum modo. nam si mensuram equalitatis excesserit vim sui nominis non habebit.**[4] 15. epistola. **Illud tantum vere possumus lucrum dicere quod constat diuina iudicia non punire.**[5] Libro 11. epistola 8. **Quid acquiri putatur vbi bona conscientia perditur: aut in qua parte possit homo perficere si innocentiam probatus fuerit amisisse.**[6] Libro 12. epistola 13. **Ultra omnes crudelitates est diuitem velle fieri de exiguitate mendici. Amentur honesta lucra: horreantur damnosa compendia.**[7]

1. Haec est enim indubitata nobilitas, quae moribus probatur ornata: quia pulchrum est commodum famae foeda neglexisse lucra pecuniae.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.12.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.191, ll.5-7).
2. Lucra rennuimus, quae legum cauta profanant: pecunias illas uolumus, quibus libra iustitiae suffragatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.20.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.326, ll.34-36).
3. Aurum siquidem per bella quaerere nefas est, per maria periculum, per falsitates opprobrium, in sua uero natura iustitia. Honesta sunt lucra per quae nemo laeditur et bene adquiritur quod a nullis adhuc dominis abrogatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.3.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.350, ll.49-53).
4. Commodum enim debet esse cum modo: nam si mensuram aequalitatis excesserit, uim sui nominis non habebit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.14.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.361, ll.32-33).
5. Illud tantum uere possumus lucrum dicere, quod constat diuina iudicia non punire.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.15.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.362, ll.5-7).
6. Semper metuit iniusta praesumptio: quid enim adquiri putatur, ubi bona conscientia perditur? Aut in qua parte possit homo proficere, si innocentiam probatus fuerit amisisse?

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.7.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.434, ll.43-46).
7. Vltra omnes crudelitates est diuitem uelle fieri de exiguitate mendici. Amentur honesta lucra, horreantur damnosa compendia: nullus audeat inde tollere quod possit collecta dispergere.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.13.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.478, ll.34-37).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 5: De rapina et furto et quacunque ablatione alieni (fol.92ra):
Cassiodorus epistolarum libro 12. et finali epistola 11. **Piaculum est talibus rapere qui nesciunt aliena fraudare.**

Nonne piaculum est talibus rapere, qui nesciunt aliena fraudare?

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.11.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.476, ll.22-23).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 6: De rebus propriis communibus et alienis (fol.92rb):
Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 21. **Unicuique patria sua carior est.**

Vnicuique patria sua carior est, dum supra omnia saluum fore quaeritur, ubi ab ipsis cunabulis commoratur.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.21.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.30, ll.4-5).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 7: De conseruatione diuitiarum (fol.92va):
Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 24. **Maior in conseruandis rebus quam in inueniendis adhibenda cautela est: quia de initiis predicatio debetur inuentio: de custoditis acquiritur laudata perfectio.**[1] 43. epistola. **Que studiosius diligimus maiori gratia custodimus.**[2] Libro 11. epistola i. **Cito expenduntur horrea que assidua non fuerint adiectione fulcita. Thesaurus ipse quam facile profunditur si nullis iterum pecuniis compleatur.**[3]

1. Atque ideo maior in conseruandis rebus quam in inueniendis adhibenda cautela est, quia de initiis praedicatio debetur inuento, de custoditis acquiritur laudata perfectio.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.25.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.33, ll.4-7).
2. Cautela siquidem prodict affectum et quae studiosius diligimus, maiori gratia custodimus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.44.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.48, ll.4-5).
3. Cito expenduntur horrea, quae assidua non fuerint adiectione fulcita. Thesaurus ipse quam facile profunditur, si nullis iterum pecuniis compleatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11 praef. (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.421, ll.55-58).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 9: De damno et amissione diuitiarum (fol.93ra):
Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 2. **Solet facile labi quod sine difficultatibus potuit inueniri.**[1] Libro 4. epistola 30. **Facilis est edificiorum ruina incolarum subtracta custodia: et cito vetustatis decoctione resoluitur quod hominum presentia non tuetur.**[2]

1. Solet enim facile labi, quod sine difficultatibus potuit inueniri.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.2.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.56, ll.28-29).
2. Ita fit, ut, quod per incuriam poterat labi, manentum uideatur diligentia sustineri, quia facilis est aedificiorum ruina incolarum subtracta custodia et cito uetustatis decoctione resoluitur, quod hominum praesentia non tuetur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.30.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.161-2, ll.10-13).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.95ra):
Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola 11. **Auara fuge.**[1] Libro 12. et finali epistola i. **Reginam illam procatium vitiorum auaritiam fuge: cui cuncta crimina detestabili denotatione famulantur. Auaritia arma suscipit ex talentis: et per dulcedinem superat quos amata deceptione captiuat.**[2] Idem de charitate seu dilectione dei capitulo 5. **Hydropici more qui plus bibendo plus sitit: pecunie cupiditas ex multiplicatione grandescit.**[3]

1. Auara fuge, iusta sequere, modesta dilige, iracunda contemne.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.11.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.106, ll.18).

2. Reginam illam procacium uitiorum auaritiam fuge, cui cuncta crimina detestabili deuotatione famulantur: quae dum pectus hominis ingressa fuerit, gregatim quoque maleficas cohortes admittit. Ferri non potest recepta, quia nescit esse solitaria. Agmen habet blandissium, arma suscipit ex talentis et per dulcedinem superat quos amara deceptione captiuat.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.1.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.464, ll.38-44).

3. Ex proventu pecuniae potest aestimari miseriea incrementum; hydropici enim more, qui plus bibendo plus sitit, pecuniae cupiditas ex multiplicatione grandescit.

   Petrus Blesensis, *De Dilectione Dei et Proximi*, 5 (M.-M. Davy ed., p.264).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 16: De parsimonia seu parcitate: largitate et prodigalitate id est de modo expensarum (fol.95vb-96ra):

Cassiodorus epistolarum libro 6. epistola 20. **Fedissime contrarietatis vicium est studere furtis et habere vocabulum largitatis.**[1] Libro 7. epistola 14. **Illum potius expedit tenere mensuram qui defectam noscitur gubernare substantiam.**[2] Libro 10. epistola 2. **Tollitur necessitas principibus excedendi quotiens assueuerint propria moderari.**[3] Libro 11. epistola i. **Cito expenduntur horrea que assidua non fuerint adiectione fulcita. Thesaurus ipse quam facile profunditur si nullis iterum pecuniis compleatur.**[4]

1. Certe foedissimae contrarietatis uitium est studere furtis et habere uocabulum largitatis.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.20.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.251, ll.21-22).
2. Sed quantum amministratio tua inter mediocres agitur, tanta debet aequalitate trutinari, quia illum potius expedit tenere mensuram, qui defectam noscitur gubernare substantiam.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.14.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.274, ll.18-21).
3. Talem uniuersitas debuit optare, qualem nos probamur elegisse, qui rationabiliter disponens propria non appetat aliena: tollitur enim necessitas principibus excedendi, quotiens assueuerint propria moderari.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.3.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.387, ll.43-47).
4. Cito expenduntur horrea, quae assidua non fuerint adiectione fulcita. Thesaurus ipse quam facile profunditur, si nullis iterum pecuniis compleatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11 praef. (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.421, ll.55-58).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 1: De potentioribus et impotentioribus (fol.96va):
Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 21. **Si dominus vincat oppressionis inuidia est: equitas vero creditur si supplicem superare contingat.**[1] 44. epistola et penultima. **Plerunque res parue plus preualent prestare: quam magne possunt obtinere diuitie.**[2]

1. Nam si dominus uincat, oppressionis inuidia est: aequitas uero creditur, si supplicem superare contingat.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.22.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.31, ll.21-23).
2. Spernenda non sunt quae a uicinis regibus praesumptionis gratia postulantur, dum plerumque res parue plus preualent praestare quam magnae possunt optinere diuitiae.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.45.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.49, ll.2-4).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 2: De imperio et potestate et dominatione priuatorum (fol.97ra): Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 2. **Blandiri non dignatur animus dominii potestate munitus.**[1] Libro 11. epistola 2. **Rarum omnino bonum est dominium triumphare de moribus.**[2]

1. Regnantis quippe sententia iudicium de solis actibus sumit, nec blandiri non dignatur animus domini potestate munitus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.3.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.12, ll.13-14).
2. Rarum omnino bonum est dominium triumphare de moribus et hoc consequi in florida aetate, ad quod uix creditur cana modestia peruenire.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.11.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.423, ll.32-34).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 3: De humilitate: seu mititate superbia elatione et fastu (fol.97vb): Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 41. et finali. **Iocunda prosperitas illis potius blanditur qui austeritate nimia non rigescunt.**[1] Libro 3. epistola 3. **Superbiam diuinitati semper exosam prosequi debet generalis assensus.**[2] Libro 4. epistola 4. **Humilitas tam clara quam rara est.**[3] Libro 10. epistola 11. **De modestia laus sumitur: de elatione odium concitatur.**[4]

1. Is enim uincit addisue qui nouit omnia temperare, dum iucunda prosperitas illis potius blanditur, qui austeritate nimia non rigescunt.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.41.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.92, ll.18-21).
2. Superbiam diuinitati semper exosam prosequi debet generalitatis assensus.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.3.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.98, ll.4-5).
3. Sed haec amplius commendabat humilitas, quae tam clara quam rara est.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.4.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.146, ll.21-22).
4. Humilis age rem gloriae, quia de modestia laus sumitur, de elatione odium concitatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.11.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.395, ll.31-32).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 5: De presumptuositate seu fiducia sui falsa (fol.98va):
Cassiodorus epistolarum libro 5. epistola 13. **Ignorat modum seruare presumptio: nec potest sub modo redigi cum licentia fuerit visa concedi.**

Ignorat modum seruare praesumptio nec potest sub modo redigi, cui licentia fuerit uisa concedi.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.13 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.192, ll.10-12).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 6: De presumptione seu fiducia sui falsa (fol.98vb):
Cassiodorus de amicitia capitulo 13. **Nemo autumet se contemptum: si ei melior preferatur.**

Alias autem nemo autumet se contemptum, si ei melior praeferatur.

Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 21 (M.-M. Davy ed., p.210).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 8: De terribilitate et metu (fol.99rb):
Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 5. **Solus metus cohibet quos fides promissi non retinet.**

In procinctu semper erit, qui barbaros prohibere contendit, quia solus metus cohibet, quos fides promissa non retinet.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.5.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.60, ll.14-16).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 9: De libertate et seruitute dominis et seruis (fol.99vb):
Cassiodorus epistolarum libro 12. et finali epistola 10. **Reatus quidam est esse sub debito: nec liber potest veraciter dici qui probatur obnoxius reperiri.**

Reatus quidam est esse sub debito nec liber potest ueraciter dici, qui probatur obnoxius reperiri.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.10.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.474, ll.4-5).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 11: De nobilitate et ignobilitate (fol.100va):
Cassiodorus epistolarum libro epistola 17. **Tantum quis nobilior erit quantum et moribus probis et luculenta facultate reluxerit.**[1] Libro 5. epistola 4. **Dignitas nec diuitiis nec solis natalibus inuenitur: sed tantum eam cum doctrina coniuncta potest impetrare prudentia.**[2] **Hec est indubitata nobilitas que moribus probatur ornata.**[3] Libro 8. epistola 19. **Si inueterate et per genus ducte diuitie nobiles faciunt: multo magis praestantior est cuius origo thesauris prudentie locuplex inuenitur.**[4] Libro 9. epistola 8. **Doctrine perfacile est ornare generosum: que etiam ex obscuro nobilem facit.**[5] 22. epistola. **Abunde cognoscitur quisquis teste fama laudatur.**[6]

1. Vos iam securi ostentate diuitias: parentum bona longo situ recondita prodantur in lucem: quia tantum quis nobilior erit quantum et moribus probis et luculenta facultate reluxerit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.17.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.110, ll.23-26).
2. Omnes enim, quos ad quaesturae culmen euehimus, doctissimos aestimamus, quales legum interpretes et consilii nostri decet esse participes: dignitas, quae nec diuitiis nec solis natalibus inuenitur, sed tantum eam doctrina cum coniuncta potest impetrare prudentia.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.4.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.185, ll.4-8).
3. Haec est enim indubitata nobilitas, quae moribus probatur ornata: quia pulchrum est commodum famae foeda neglexisse lucra pecuniae.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.12.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.191, ll.5-7).
4. Nam si inueteratae et per genus ductae diuitiae nobiles faciunt, multo magis praestantior est, cuius origo thesauris prudentiae locuples inuenitur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.19.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.324-5, ll.42-45).
5. Doctrina siquidem quos ab imperitis discernit, sapientibus amica societate coniungit, cui perfacile est ornare generosum, quae etiam ex obscuro nobilem facit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.7.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.354, ll.17-20).
6. Latere potest forsitan uulgare hominum genus: nesciri non potest proles senatus, quando bene noti sunt, qui meritis asseruntur et abunde cognoscitur, quisquis fama teste laudatur.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.22.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.373, ll.10-13).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 13: De laude et commendatione (fol.101rb-va):
Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 2. **Quid maius queritur quam ibi inuenisse laudum testimonia vbi gratificatio non potest esse suspecta.**[1] 3. epistola. **Crescere virtutes solent ad preconii fastigium.**[2] Libro 8. epistola 3. **Cum successor amplius laudari nititur precedentis fama letatur.**[3] Libro 4. epistola 30. **Perfectum opus suum laudat auctorem.**[4] 31. epistola. **Prudens frequentiam non respuat hominum in qua se nouit esse laudandum. alioquin virtutibus fama tollitur si earum merita in hominibus nesciantur.**[5] Libro 9. epistola 22. **Magnus verecundie stimulus est laus parentum dum illis non patimur esse impares quos gaudemus auctores.**[6] 25. epistola et finali. **Gloriosis dominis gratiora sunt preconia quam tributa.**[7] Libro 11. epistola 23. **Iuste potiora consequitur qui de commissa sibi negocii perfectione laudatur.**[8]

1. Quid enim maius quaeritur quam ibi inuenisse laudum testimonia, ubi gratificatio non potest esse suspecta?
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.3.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.12, ll.11-12).
2. Qui non fragili felicitate prouectus fortunae ludo ad apicem fascium repentinis successionibus euolauit, sed, ut crescere uirtutes solent, ad praeconii fastigium conscendit gradibus dignitatum.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.4.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.14, ll.15-19).
3. Si uos externus heres imperii suscepisset, dubitare forsitan poteratis, ne, quos prior dilexerat, inuidendo subsequens non amaret, quia nescio quo pacto, cum successor amplius laudari nititur, praecedentis fama lentatur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.3.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.302, ll.2-5).
4. Quapropter rebus speratis securus innitere, ut dignus romanis fabricis habitator appareas perfectumque opus suum laudet auctorem.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.30.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.162, ll.16-18).
5. Quaerat eruditus, ubi possit existere gloriosus: prudens frequentiam non respuat hominum, in qua se nouit esse laudandum. Alioquin uirtutibus fama tollitur, si earum merita in hominibus nesciantur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.31.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.337, ll.46-49).
6. Haec uos exempla submonendo semper accendunt, quia magnus uerecundiae stimulus est laus parentum, dum illis non patimur esse impares quos gaudemus auctores.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.22.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.373, ll.25-28).
7. Gloriosis quippe dominis gratiora sunt praeconia quam tributa, quia stipendium et tyranno penditur, praedicatio autem nisi bono principi non debetur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.25.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.379, ll.21-23).

8. Iuste potentiora consequitur, qui de commissa sibi negotii perfectione laudatur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.22.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.448, ll.2-3).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 14: De fama seu estimatione laudabilis et infamia (fol.102ra):
Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 3. **Indigui animi signum est fame diligere commodum.**[1] Libro 5. epistola 12. **Pulchrum est commodum fame feda neglexisse lucra pecunie.**[2] Libro 8. epistola 23. **Hoc nature thesaurus: reponimus quod fame commodis applicamus.**[3]

1. Est enim inuicti animi signum famae diligere commodum et lucra potius odisse causarum.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.4.8 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.15, ll.56-58).
2. Haec est enim indubitata nobilitas, quae moribus probatur ornata: quia pulchrum est commodum famae foeda neglexisse lucra pecuniae.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.12.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.191, ll.5-7).
3. Hoc nature thesaurus: reponimus quod fame commodis applicamus. Lucrantur principes dona sua et hoc uere thesauris reponimus, quod famae commodis applicamus.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.23.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.329-30, ll.6-7).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 15: De gloria dignitate ambitione honore et vituperio (fol.103ra): Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 24. **Laborem quippe non refugit qui virtutis gloriam concupiscit.**[1] Libro 4. epistola 31. **Uituperationem generant que in mediis conatibus egra deseruntur.**[2] Libro 5. epistola 13. **Pulchrum est commodum fame feda neglexisse lucra pecunie.**[3] Libro 6. epistola 10. **Periclitarentur grauiter boni mores: si aut solis diuitibus: aut corpore valentibus prestarentur tantummodo dignitates.**[4] **Sapientia est que honores meretur.**[5] 11. epistola. **Illum siquidem honores glorificant quem commendat et vita.**[6] 12. epistola. **Interdum assidui labores et ipsas ingratas faciunt dignitates.**[7] **Graue pondus inuidie est splendere singuli claritate et morum lampade non lucere.**[8] Libro 8. epistola 4. **Dignitas est subiecta affatus meruisse dominantis.**[9] 14. epistola. **Semper in honore manet: si cuius est tranquillus animus eum quoque serenissimus commendet aspectus.**[10] 19. epistola. **Affectat vnusquisque gloriam suam.**[11] 31. epistola et antepenultima. **Querat eruditus vbi possit existere gloriosus. Prudens frequentiam non respuat hominum in qua se nouerit esse laudandum. Alioquin virtutibus fama tollitur si earum merita in hominibus nesciantur.**[12]

1. Innotescenda sunt magis Gothis quam suadenda certamina, quia bellicosae stirpi est gaudium comprobari: laborem quippe non refugit, qui uirtutis gloriam concupiscit.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.24.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.32, ll.2-4).
2. Ad finem debet perducere, quae prudentum intentio uisa est suscepisse, quia sicut perfecta laudem pariunt, ita uituperationem generant, quae in mediis conatibus aegra deseruntur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.33.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.162, ll.3-5).
3. Haec est enim indubitata nobilitas, quae moribus probatur ornata: quia pulchrum est commodum famae foeda neglexisse lucra pecuniae.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.12.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.162, ll.5-7).
4. Periclitarentur grauiter boni mores, si aut solis diuitibus aut corpore ualentibus praestarentur tantummodo dignitates, dum multos inuenias excubias palatii refugere, qui magis possunt laudabili conuersatione fulgere.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.10.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.238, ll.3-  ).
5. Sapientia est, quae honores meretur, totum aliud extrinsecus uenit.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.10.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.238, ll.  -20).
6. Illum siquidem honores glorificant, quem commendat et uita.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.11.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.239, ll.8-9).
7. Interdum enim assidui labores et ipsas ingratas faciunt dignitates, dum inbecillitas humana cito solet sustinere fastidia et quod prius ambisse creditur, postea uitare uelle sentitur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.12.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.240, ll.5-8).

8. Alioquin graue pondus inuidiae est splendere cinguli claritate et morum lampade non lucere.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.12.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.241, ll.39-41).
9. Iure siquidem de se bene arbitrabitur aestimatum, qui regium meretur alloquium, quia dignitas est subiecti affatus meruisse dominantis, in ea praesertim causa, in qua omnium corda sic uidentur esse sollicita, ut, si non cognoscant prosperum, credant semper aduersum.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.4.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.303, ll.4-8).
10. Tacens enim plerumque despicabilis est, si eum tantum lingua nobilitat: semper autem in honore manet, si, cuius est tranquillus animus, eum quoque serenissimus commendet aspectus.
    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.14.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.318, ll.24-27).
11. Amare namque eas potest, per quas doctus enituit, dum affectat unusquisque gloriam suam nec obliuisci potest animus, ex qua nobis fuerit parte sociatus.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.19.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.324, ll.30-33).

12. Quaerat eruditus, ubi possit existere gloriosus: prudens frequentiam non respuat hominum, in qua se nouit esse laudandum. Alioquin uirtutibus fama tollitur, si earum merita in hominibus nesciantur.

    Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.31.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.337, ll.46-49).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 17: De obsequio et resistentia (fol.103vb):
Cassiodorus de amicitia capitulo 24. **Illud obsequium damnabile est quod amicum indulgentiorem viciis facit.**[1] Idem epistolarum libro 3. epistola 34. **Libentibus animis obedite: vt fides vestra que iam prioribus monstratur exemplis: subsequentibus quoque declaretur inditiis. Gratius est obsequium quod deuotione perpeti custoditur.**[2]

1. « Obsequium amicos, veritas odium parit; » illud quidem obsequium damnabile est quod amicum indulgentiorem vitiis facit.
   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 22 (M.-M. Davy ed., p.218)
2. Quapropter designato uiro in his, quae uobis pro publica utilitate praeceperit, libentibus animis oboedite, ut fides uestra, quae iam prioribus monstratur exemplis, subsequentibus quoque declaretur indiciis, quia gratius est obsequium quod deuotione perpeti custoditur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.34.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.122, ll.12-17).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 1: De delectatione (fol.104va):
Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 39. **Iuuat videre secretum.**[1] Libro 3. epistola 52. **Paucos ratio capit aut probabilis oblectat intentio. ad illud potius turba ducitur quod ad remissionem curarum constat inuentum. Expedit interdum desipere.**[2] Libro 8. capitulo 19. **Nature siquidem insitum est vt bonorum copia plus delectet.**[3] 20. epistola. **Bonum insolitum plus amatur. Sequenti gaudio confert dulcedinem temporum premissa tristitia.**[4] Libro 9. epistola 24. **Dulcius accipitur quod sub aliqua dilatione prestatur.**[5] Libro 10. epistola 33. **Dulcior solet esse gratia post amaritudines expiatas.**[6]

1. Iuuat uidere secretum, latices uapores igneos exhalantes, amicum undis indesinenter ardorem, et calorem uenire decursu riui, unde usualiter solebat extingui.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.39.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.85, ll.24-26).
2. Paucos enim ratio capit, raros probabilis oblectat intentio: ad illud potius turba ducitur, quod ad remissionem curarum constat inuentum. Nam quicquid aestimat uoluptuosum, hoc et ad beatitudinem temporum iudicat applicandum. Quapropter largiamur expensas, non semper ex iudicio demus. Expedit interdum desipere, ut populi possimus desiderata gaudia continere.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.51.13 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.135-6, ll.87-93).
3. Naturae siquidem insitum est, ut bonorum copia plus delectet.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.19.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.323, ll.6-7).
4. Bonum insolitum plus amatur et sequenti gaudio confert dulcedinem temporum praemissa tristitia.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.20.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.325, ll.20-21).
5. Habet hoc enim humana condicio, ut celerius adepta fastidio sint, dum omne pretiosum uilescit oblatum et contra dulcius accipitur, quod sub aliqua dilatione praestatur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.24.10 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.378, ll.78-81).
6. Sed potestis omnia gratanter, omnia placabiliter ordinare, quia dulcior solet esse gratia post amaritudines expiatas.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*,10.33.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.416, ll.10-12).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 2: De delectatione variationis vel rerum et tedio continuationis (fol.104vb): Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola 21. **Humane consuetudinis mos est vt variata plus capiant: et quamuis in vsum habeantur eximia fastidium prestet omne quod saciat.** Libro 7. epistola 36. **In continuatione rerum magnum mentis constat esse fastidium. Dulcedo mellis si assidue sumatur horrescit. Serena ipsa quamuis magno opere desiderentur iugiter adepta sordescunt non immerito: quia cum sit homo commutabilis: nature sue desiderat qualitates.**[2] Libro 9. capitulo 22. **Copia plerunque solet habere fastidium.**[3]

1. Humanae consuetudinis mos est, ut uariata plus capiant et quamuis in usum habeantur eximia, fastidium praestet omne quod satiat.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.21.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.112, ll.2-4).
2. Nemo dubitat homines suaui uarietate recreari, quia in continuatione rerum magnum mentibus constat esse fastidium. Dulcedo mellis, si assidue sumatur, horrescit: serena ipsa, quamuis magnopere desiderentur, iugiter adepta sordescunt: non immerito, quia dum sit homo commutabilis, naturae suae desiderat habere qualitates.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.36.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.287, ll.2-7).
3. Vos enim completis paginam consularem: uos crebro nominat cursus annorum et dum copia plerumque soleat habere fastidium, uestrum nomen repetitum semper efficitur gloriosum.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.22.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.373-4, ll.30-33).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 3: De musicali delectatione (fol.105ra):
Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 40. **Musica tristitiam noxiam iocundat: tumidos furores attenuat: cruentam seuitiam efficit blandam: excitat ignauiam soporantem: langore vigilantibus reddit saluberrimam quietem: viciatam turpi amore ad honestum studium reuocat castitate. Sanat mentis tedium bonis cogitationibus semper aduersum: pernitiosa odia conuertit ad auxiliatricem gratiam: et quod beatum genus curationis est per dulcissimas voluptates expedit animi passiones**.[1] **Nihil efficacius inuentum est ad permouendum animos quam concaue cytare blanda resultatio: hinc et appellatam existimamus cordam quod facile corda moueat.**[2]

1. Tristitiam noxiam iucundat, tumidos furores attenuat, cruentam saeuitiam efficit blandam, excitat ignauiam soporantem languore, uigilantibus reddit saluberrimam quietem, uitiatam turpi amore ad honestum studium reuocat castitatem, sanat mentis taedium bonis cogitationibus semper aduersum, perniciosa odia conuertit ad auxiliatricem gratiam et quod beatum genus curationis est, per dulcissimas uoluptates expellit animi passiones.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.40.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.87-88, ll.17-25).
2. Nam licet huius delectationis organa multa fuerint exquisita, nihil tamen efficacius inuentum est ad permouendos animos quam concauae citharae blanda resultatio. Hinc etiam appellatam aestimamus chordam, quod facile corda moueat: ubi tanta uocum collecta est sub diuersitate concordia, ut uicina chorda pulsata alteram faciat sponte contremiscere, quam nullum contigit attigisse.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.40.12 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.90, ll.97-103).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 4: De tedio (fol.105ra-rb):
Cassiodorus epistolarum libro 6. epistola 12. **Imbecillitas humana raro sustinere solet fastidia.**[1]
Libro 12. et finali epistola 22. **Melius est debita frugibus soluere quam ementium fastidia sustinere.**[2]

1. Interdum enim assidui labores et ipsas ingratas faciunt dignitates, dum inbecillitas humana cito solet sustinere fastidia et quod prius ambisse creditur, postea uitare uelle sentitur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.12.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.240, ll.5-8).
2. Quanto uero melius est parere dominis quam praestare longinquis et debita fructibus soluere quam ementum fastidia sustinere!
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.22.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.489, ll.20-22).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 5: De gaudio petulantia et letitia (fol.105va):
Cassiodorus epistolarum libro 4. epistola 20. **Bonum insolitum plus amatur. Sequenti gaudio confert dulcedinem temporum premissa tristitia.**[1] Libro 9. epistola 6. **Naturalis siquidem cura est egris dare letitiam: nam fac inualidum gaudere sanatus est.**[2] Libro 12. et finali epistola 16. **Rex letus optatur ab omnibus.**[3] Libro 11. epistola 18. **Piaculum quoddam est inter tristes velle gaudere: et humanitatis refugit affectum: qui dolorem non sequitur alienum.**[4]

1. Bonum insolitum plus amatur et sequenti gaudio confert dulcedinem temporum praemissa tristitia.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.20.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.325, ll.20-21).
2. Naturalis siquidem cura est aegris dare laetitiam: nam fac inualidum gaudere, sanatus est.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.6.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.352, ll.13-14).
3. Vniuersos affligit, qui regi aliquid necessarium subtrahit, quia, dum laetus optatur ab omnibus, cunctos contristat, si probetur offensus.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.19.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.486, ll.25-27).
4. Alioquin piaculum quoddam est inter tristes uelle gaudere, et humanitatis refugit affectum, qui dolorem non sequitur alienum.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.17.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.446, ll.7-9).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 9: De ludo et requie seu ocio laudabili (fol.106va):
Cassiodorus epistolarum libro 5. capitulo 10. **Incerta est vita eorum qui nimia fatigatione lassantur.**[1] Libro 6. epistola 12. **Interdum assidui labores et ipsas ingratas faciunt dignitates.**[2]

1. Illud plane pro cunctorum quiete laborantibus indulgentia nostra concedit, ut, si aut eorum carpenta itinere longiore quassantur aut animalia attrita languescunt, te custode atque mediante cum possessoribus sine aliqua oppressione mutentur, ut, qui daturi sunt corpore aut qualitate meliora, quamuis paruis sanis animalibus acquiescant, quia incerta est uita eorum, qui nimia fatigatione lassantur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.10.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.190, ll.15-21).
2. Interdum enim assidui labores et ipsas ingratas faciunt dignitates, dum inbecillitas humana cito solet sustinere fastidia et quod prius ambisse creditur, postea uitare uelle sentitur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.12.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.240, ll.5-8).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 10: De appetitu et desiderio (fol.106vb):
Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 21. **Unicuique patria sua carior est.**[1] Libro 4. epistola 5. **In qualitate desiderii potest mens honesta cognosci.**[2] Libro 7. epistola 37. **Dum sit homo commutabilis: nature sue qualitates habere desiderat.**[3] Libro 8. epistola 14. **Bonum quippe amissum dum queritur plus amatur.**[4] 31. epistola et antepenultima. **Cui non affectuosum sit cum paribus miscere sermonem.**[5] Libro 9. epistola 9. **Magnum est gaudium desiderata cepisse. Sed in huiusmodi rebus gratior est plerunque amenitas oculi quam vtilitas captionis.**[6] Libro 11. epistola 16. **Bonarum rerum celerrima semper desideratur agnitio.**[7]

1. Vnicuique patria sua carior est, dum supra omnia saluum fore quaeritur, ubi ab ipsis cunabulis commoratur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.21.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.30, ll.4-5).
2. Merita enim suggerunt bonae appetentiae nisus et in qualitate desiderii potest mens honesta cognosci.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.25.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.158, ll.3-4).
3. Dulcedo mellis, si assidue sumatur, horrescit: serena ipsa, quamuis magnopere desiderentur, iugiter adepta sordescunt: non immerito, quia dum sit homo commutabilis, naturae suae desiderat habere qualitates.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.36.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.287, ll.4-7).
4. Nam cum transitum gloriosae memoriae domni aui nostri subiectorum anxia corda lugerent — bonum quippe amissum dum quaeritur, plus amatur —, per eum uobis et nostri auspicii et uestrae securitatis optata patuerunt.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.14.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.317, ll.14-18).
5. Cui non affectiosum sit cum paribus miscere sermonem, forum petere, honestas artes inuisere, causas proprias legibus expedire, interdum palamediacis calculis occupari, ad balneas ire cum sociis, prandia mutuis apparatibus exhibere?
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.31.8 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.338, ll.59-63).
6. Magnum est enim gaudium desiderata cepisse: sed in huiusmodi rebus gratior est plerumque amoenitas oculi quam utilitas captionis.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.6.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.353, ll.31-33).

7. Sed ne uestram laetitiam longis praelocutionibus differamus, quia bonarum rerum celerrima semper desideratur agnitio, gloriosissimi domini deuotae Liguriae necessitatibus consulentes centum libras auri per illum atque illum de cubiculo suo pietate solita destinarunt, ut, iudicio uestro quibus est causa notissima, tanta unusquisque huius muneris participatione laetetur, quanta necessitate grauatus esse cognoscitur, ne quod afflictis datum est usurpet inlaesus, sed illi reparatis uiribus consurgant, qui damnorum sarcina premente corruerant.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.15.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.444, ll.6-15).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 15: De fame siti seu ieiunio morali consideratione (fol.108va):
Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola 40. **Inualidus est siquidem ieiunus defensor: nec animus ministrat audaciam cum virtus corporeo fuerit robore destituta.**[1] Libro 4. epistola 5. **Famis totum solet contemnere vt suam necessitatem possit explere.**[2] 12. epistola. **Disciplinam non potest seruare ieiunus exercitus: dum quod deest semper presumit armatus.**[3]

1. Inualidus est siquidem ieiunus defensor nec animus ministrat audaciam, cum uirtus corporeo fuerit robore destituta.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.40.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.125, ll.15-17).
2. Grande commodum est cum indigentibus pacisci: quando famis totum solet contemnere, ut suam necessitatem possit explere.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.5.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.147, ll.12-14).
3. Disciplinam siquidem non potest seruare ieiunus exercitus, dum quod deest semper praesumit armatus.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.13.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.151, ll.10-11).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 15: De fame siti seu ieiunio morali consideratione (fol.108va):
Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola 40. **Inualidus est siquidem ieiunus defensor: nec animus ministrat audaciam cum virtus corporeo fuerit robore destituta.**[1] Libro 4. epistola 5. **Famis totum solet contemnere vt suam necessitatem possit explere.**[2] 12. epistola. **Disciplinam non potest seruare ieiunus exercitus: dum quod deest semper presumit armatus.**[3]

1. Inualidus est siquidem ieiunus defensor nec animus ministrat audaciam, cum uirtus corporeo fuerit robore destituta.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.40.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.125, ll. 15-17).
2. Grande commodum est cum indigentibus pacisci: quando famis totum solet contemnere, ut suam necessitatem possit explere.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.5.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.147, ll.12-14).
3. Disciplinam siquidem non potest seruare ieiunus exercitus, dum quod deest semper praesumit armatus.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.13.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.151, ll.10-11).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 2: De viciis mulierum et reprobatione earum (fol.114vb)

Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 11. **Sexus femineus ad mutabilitatis vitia patet.**

Basilius siquidem uir spectabilis datis precibus intimauit Agapitam coniugem suam de propriis penatibus a quibusdam uitio sollicitationis abductam, dum sexus ille femineus ad mutabilitatis uitia patet: quod etiam oblata nobis supra memoratae coniugis suae petitione firmauit: adiciens eam, cum in sacrosanctae ecclesiae saepta refugisset, ignorante marito magnitudini tuae casam Arcinatinam ratione postposita contulisse.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII*., 2.11.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.63, ll. 9-17).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 1: De fortitudine animi (fol.117vb)
Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 22. **Equum est vt se commendet pietas regalis fati vulnera sauciata: quia erigi plus merentur quos sortis sue aduersa presserunt.**[1] Idem de anima capitulo 7. **Contra aduersa et prospera remedialis opponitur fortitudo.**[2]

1. Aequum est ut se commodet pietas regalis fati uulnere sauciatis, quia erigi plus merentur, quos sortis suae aduersa presserunt.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.22.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.72, ll.2-4).
2. Contra aduersa uel prospera remedialis opponitur fortitudo.
   Aurelius Cassiodorus, *De anima*, 7 (CCSL 96, J.W. Halporn ed., pp.548-9, ll.6-7).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 2: De patientia et impatientia (fol.118rb)

Cassiodorus epistolarum libro 10. epistola 11. **Sustinendo potius quam vindicando laudaberis.**

Supra ceteras uirtutes amicam sapientibus ama patientiam: erectus ex nobis sustinendo potius quam uindicando laudaberis.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.11.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.395, ll.34-36).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 4: De animi constantia seu perseuerantia leuitate pertinacia et mutabilitate (fol.119rb)

Cassiodorus epistolarium libro 3. epistola 52. **In hystrionibus rara est constantia honestumque votum.**[1] Libro 5. epistola 34. **Leuissimi animi mos est polliceri facile que non disponit implere.**[2] Libro 7. epistola 36. **Dum sit homo commutabilis: nature sue qualitates habere desiderat.**[3]

1. Quantum histrionibus rara constantia honestumque uotum, tanto pretiosior est, cum in eis probabilis monstratur affectus.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.51.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.133, ll. 2-3).
2. Et quia sic notus est, cum facies ad tuum uenire iudicium, primum agito, ne promittat, caueto ne constituat, quia leuissimi animi mos est polliceri facile quae non disponit implere.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.34.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.209, ll.31-34).
3. Dulcedo mellis, si assidue sumatur, horrescit: serena ipsa, quamuis magnopere desiderentur, iugiter adepta sordescunt: non immerito, quia dum sit homo commutabilis, naturae suae desiderat habere qualitates.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.36.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.287, ll.4-7).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 5: De spe et desperatione (fol.119vb)
Cassiodorus epistolarum libro 4. epistola 25. **In ipsis conatibus egra languescunt: que meritorum presumptionibus non iuuantur.**

In ipsis conatibus aegra languescunt**,** quae meritorum praesumptionibus non iuuantur.
Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.25.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.158, ll.7-8).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 6: De magnanimitate et magnificentia et pusillanimitate (fol.120va-vb)
Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 2. **Celsos curus nisi confidentia magna non appetit. Generosi animi est obtinere quod summum est.**[1] Libro 4. epistola. 3. Theodoricus rex gothorum dixit cuidam illustri viro: **Non te terruit contentionibus inflammata regalis auctoritas. Subiugasti quinimmo audaciam veritati.**[2] Libro 7. epistola 26. **Libertas animi voluntatem propriam semper ostendit.**[3]

1. Celsos currus nisi confidentia magna non appetit, dum generosi est animi optare quod summum est.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.2.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.57 ll. 35-37).
2. Non te terruit contentionibus inflammata regalis auctoritas, subiugasti quin immo audaciam ueritati et obsecutus ordinationibus nostris in conscientiam suam barbaros perculisti.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.3.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.145, ll.16-19).
3. Saeculi huius honor humanae mentis est manifesta probatio, quia libertas animi uoluntatem propriam semper ostendit, dum se contemnit occulere, qui sibi alios cognouerit subiacere.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 7.26.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.281-282, ll.2-5).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 7: De mansuetudine ira et furore (fol.122ra)
Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola i. **Indignatio ceca est. Furor instantiam plerunque precipitat.**[1] 11. epistola. **Iracunda contemne.**[2] Libro 4. epistola 10. **Iniquum quippe nimis est quod delectat iratum. Furentes iusta non sentiunt: quia dum commoti in vindictam seuiunt rerum temperantiam non requirunt.**[3] Libro 6. epistola 9. **Iracundus luminum feruore declaratur.**[4] Libro 10. epistola 11. **Iram vince.**[5] Libro 11. epistola 8. **Grauius semper irascitur qui contra propositum commouetur.**[6] Libro 12. et finali epistola i. **Quam periculosum est pati iudicem rationabiliter iratum: et illum de fortunis tuis decernere quod te constat grauiter imitasse.**[7] Idem de amicitia capitulo 24. **Ira procul absit: cum qua nihil considerate nihil recte fieri potest.**[8] **Qui sequitur sue mentis impetum et non rationem: vix aut nunquam in corripiendo proficiunt.**[9]

1. Absit ut uobis aliquid indignatio caeca subripiat. Moderatio prouida est, quae gentes seruat: furor autem instantia plerumque praecipitat et tunc utile solum est ad arma concurrere, cum locum apud aduersarium iustitia non potest inuenire.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.1.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.96, ll. 9-13).
2. Auara fuge, iusta sequere, modesta dilige, iracunda contemne.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.11.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.106, l.18).
3. Iniquum quippe nimis est quod delectat iratum. Furentes iusta non sentiunt, quia dum commoti in uindictam saeuiunt, rerum temperantiam non requirunt.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.10.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.149, ll.5-7).
4. Superbus quin etiam uaricatis gressibus patet: iracundus luminum feruore declaratur: subdolus terrenum semper amat aspectum: leues inconstantia prodit oculorum: auarus obuncis unguibus explanatur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 6.9.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.237, ll.33-36).
5. Iram uince: benigna dilige: caue, ne maior uideatur esse felicitas moribus tuis, sed qui nostro iungeris generi, proximus gloriosis actionibus comproberis.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.11.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.395, ll.36-38).
6. Cauete ergo, ne reddatur infestus qui uobis cupit esse beneficus: nam grauius semper irascitur, qui contra propositum commouetur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.7.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.435, ll.54-56).
7. Quam periculosum est pati iudicem rationabiliter iratum et illum de fortunis tuis decernere, quem te constat grauiter irritasse!
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 12.1.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.463, ll.24-26).
8. Ira vero procul absit, cum qua nihil considerate, nihil recte fieri potest.
   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 22 (M.-M. Davy ed., p.218).
9. Sunt enim, qui ebullient interius, aestum vesaniae nomine zeli palliant et colorant; sed qui sequuntur suae mentis impetum, et non potius rationem, vix aut nunquam in corripiendo proficiunt.
   Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 22 (M.-M. Davy ed., pp.216, 218).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 8: De vindicta et clementia seu remissione proprie iniurie (fol.123ra-rb)
Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 30. **Quid discrepat a peccante qui se excessu nititur vindicare.**[1] Libro 2. epistola 9. **Benigni principis est ad clementie commodum transilire terminos equitatis.**[2] Libro 11. et penultimo epistola 41. et finali. **Ex remissione suauissimos fructus legimus: et remittendo aliis nobis parcimus. Tu indulgentia patrona es humani generis: tu afflictis rebus medica singularis. Quis tuo non egeat munere. Cum sit peccare commune: ab vniuersis necessario peteris: quando sub te spes vite sumitur que sub iustitia non habetur.**[3] **Ocium tibi clemens actus inducit.**[4]

1. Quid enim discrepat a peccante, qui se per excessum nititur uindicare?
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.30.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.37, ll. 35-36).
2. Benigni quippe principis est ad clementiae commodum transilire terminos aequitatum: quando sola est misericordia, cui omnes uirtutes honorabiliter cedere non recusant.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.9.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.61-2, ll.3-6).
3. Ex hac enim uirtute suauissimos fructus legimus et remittendo aliis nobis parcimus. Nam qui periculose iusti sumus, sub securitate semper ignoscimus. Quapropter poenas abdicimus, tormenta damnamus et tunc uere iudices sumus. Macte, indulgentia, quae soluis et praesules. Tu patrona humani generis, tu afflictis rebus medica singularis. Quis tuo non egeat munere, cum sit peccare commune? Ab uniuersis necessario peteris, quando sub te spes uitae sumitur, quae sub iustitia non habetur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.40.1-2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.458, ll.6-14).
4. Otium tibi clemens actus indicit.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.40.3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.458, l.30).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 9: De verecundia (fol.123va)
Cassiodorus de amicitia capitulo 22. **Generosus animus nil magis erubescit quam petere.**[1]

Generosus animus nil magis erubescit quam petere.

Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 20 (M.-M. Davy ed., p.206).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 10: De timore (fol.124rb)

Cassiodorus epistolarum libro 11. epistola 8. **Semper metuit iniusta presumptio.**[1] 9. epistola. **Cur facitis que mox timere positis. In experto potestas trahit potius ad timorem.**[2] 20. epistola. **Non est paruum tormentum aduersum aliquid formidare venturum: dum semper grauius estimatur emergere quod timetur.**[3]

1. Semper metuit iniusta praesumptio: quid enim adquiri putatur, ubi bona conscientia perditur? Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.7.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.434, ll.43-45).
2. Cur facitis quae mox timere possitis? Si quaeritis lucra, uitate potius damnosa litigia. Si quod tamen emerserit ciuile certamen, legibus patriis estote contenti: nullus ad seditiosa consurgat, nullus ad uiolenta confugiat. Furoris genus est in saeculo pacato turbulento studere proposito. Sed quia de nobis iudicibus etsi non uerus, tamen oritur rationabilis metus, dum inexperta potestas trahit potius ad timorem, quantum ad meum propositum pertinet, iuuante deo rerumque dominis regnantibus omnia uobis iusta, omnia moderata promittite.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.8.2-3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.435-6, ll.15-23).
3. Non enim est paruum tormentum aduersum aliquid formidare uenturum, dum semper grauius aestimatur emergere quod timetur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.9.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.438, ll.6-8).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 11: De audacia (fol.125ra)

Cassiodorus epistolarum libro 2. epistola 2. **Audentes facit homines fiducia sui. Se non patitur oculere quem precipit natura prodire.**

Audentes facit homines fiducia sui, quia se non patitur occulere, quem praecipit natura prodire. Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.2.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.57, ll.37-38).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 2: De iustis causis assumendi bellum (fol.125rb)
Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola i. **Tunc solum vtile est ad arma concurrere cum locum apud aduersarium iustitia non potest inuenire.**

> Moderatio prouida est, quae gentes seruat: furor autem instantia plerumque praecipitat et tunc utile solum est ad arma concurrere, cum locum apud aduersarium iustitia non potest inuenire. Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.1.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.96, ll. 10-13).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 3: De belli pressura periculo et euentu (fol.125vb)
Cassiodorus epistolarum libro 5. epistola 42. **Actus detestabilis est certamen infelix cum feris vel contendere: quas fortiores se non dubitat inuenire.**[1] Libro 9. epistola 25. et finali. **Hostem congredi varius semper euentus est.**[2]

1. Actus detestabilis, certamen infelix cum feris uelle contendere, quas fortiores se non dubitat inuenire.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.42.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.218, ll.8-10).
2. Talem metelli in asia, talem catonis in hispania legitis fuisse ducatum, qui plus de sua disciplina quam per arma laudati sunt: non iniuria, quia hostem congredi uarius semper euentus est, indubitata uero gloria morum custodisse mensuram.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 9.25.10 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.380, ll.59-63).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 4: De eis que prius et potius agenda sunt quam bellum (fol.126ra)
Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola i. **Tunc solum vtile est ad arma concurrere: cum locum apud aduersarium: institia non potest inuenire.**

> Moderatio prouida est, quae gentes seruat: furor autem instantia plerumque praecipitat et tunc utile solum est ad arma concurrere, cum locum apud aduersarium iustitia non potest inuenire.
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.1.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.96, ll. 10-13).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 5: De militia et officio et laudibus militum et sacramento eorum (fol.126ra-rb) Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 16. **Animus ipse in audaciam non potest esse pronus qui diuersa cura fuerit sollicitus. Hanc merito expeditionem nominauere maiores: quia mens deuota preliis non debet aliis cogitationibus occupari.**[1] **Constat tempore necessitatis illum probari fortissimum virum qui se per multa non distrabit.**[2] Libro 11. epistola 37. **Sub incerta vita militia est.**[3]

1. Adde quod animus ipse in audaciam non potest esse pronus, qui diuersa fuerit cura sollicitus. Hanc merito expeditionem nominauere maiores, quia mens deuota proeliis non debet aliis cogitationibus occupari.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.17.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.26, ll. 9-12).

2. Constat enim tempore necessitatis illum probari fortissimum uirum, qui se per multa non distrahit.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.17.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.27, ll.26-28).

3. Qua de re sub incerta uita certa militia est nec habet quod possit metuere, qui ad designatum tempus inoffense meruit peruenire.

   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.36.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.453, ll.7-9).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 7: De peritia atque imperitia bellice parationis (fol.126vb)

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 39. **Discat miles in ocio quod perficere possit in prelio.**

Discat miles in otio, quod perficere possit in bello.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.40.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.45, ll. 10-11).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 8: De experientia et vsu bellici exercitii (fol.127ra)

Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 39. **Ars bellandi si non preluditur cum fuerit necessaria non habetur. Animos subito ad arma non erigunt nisi qui se ad ipsa idoneos premissa exercitatione confidunt.**[1] Libro 3. epistola i. **Terribilis est hominibus conflictus: si non sit assiduus: et nisi vsu presumatur concertandi subito fidutia non habetur.**[2]

1. Ars enim bellandi, si non praeluditur, cum fuerit necessaria, non habetur. Proinde illustris sublimitas tua Salonitanis militibus, aut cuique se expediendi facultas obtulerit, pro nostra iussione arma necessaria procurabit, quia fida rei publicae salus est defensor armatus. Discat miles in otio, quod perficere possit in bello. Animos subito ad arma non erigunt nisi qui se ad ipsa idoneos praemissa exercitatione confidunt.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.40.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.45, ll. 6-13).
2. Terribilis est hominibus conflictus, si non sit assiduus et nisi usu praesumatur, concertandi subito fiducia non habetur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.1.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.96, ll. 7-9).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 10: De ocio et perpessione bellici operis (fol.127rb)
Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola i. **Populorum ferocium corda longa pace mollescunt.**

Quamuis fortitudini uestrae confidentiam tribuat parentum uestrorum innumerabilis multitudo, quamuis Attilam potentem reminiscamini VVisigotharum uiribus inclinatum, tamen quia populorum ferocium corda longa pace mollescunt, cauete subito in aleam mittere quos constat tantis temporibus exercitia non habere.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.1.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.96, ll. 2-7).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 11: De prouidencia et preconsiliatione belli (fol.127va)
Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 16. **Res preliorum bene disponitur quotiens in pace tractatur. Munitio quippe tunc efficitur preualida si diurna fuerit cogitatione roborata. Male constructio loci: tunc queritur quando iam pericula formidantur.**[1] Libro 3. epistola 49. **Munitio captanda semper in ocio est: quia tunc male queritur quando necessaria iudicatur.**[2]

1. Publicae utilitatis ratione commoniti, quae nos cura semper libenter onerauit, castrum iuxta uos positum praecipimus communiri, quia res proeliorum bene disponitur, quotiens in pace tractatur. Munitio quippe tunc efficitur praeualida, si diutina fuerit excogitatione roborata. Omnia subita probantur incauta et male constructio loci tunc quaeritur, quando iam pericula formidantur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.17.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.26 ll.3-9).
2. Munitio tractanda semper in otio est, quia tunc male quaeritur, quando necessaria iudicatur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.48.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.131, ll. 25-26).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 12: De preparatione belli necessariorum (fol.127vb)
Cassiodorus epistolarum libro 4. epistola 13. **Disciplinam non potest seruare ieiunus exercitus: dum quod deest semper presumit armatus.**

> Disciplinam siquidem non potest seruare ieiunus exercitus, dum quod deest semper praesumit armatus.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.13.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.151, ll.10-11).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 13: De munitione et custodia locorum (fol.128ra)
Cassiodorus epistolarum libro i. epistola 16. **Male constructio loci: tunc queritur quando iam pericula formidantur.**[1] Libro 3. epistola 49. **Munitio captanda semper in ocio est: quia tunc male queritur quando necessaria iudicatur.**[2]

1. Omnia subita probantur incauta et male constructio loci tunc quaeritur, quando iam pericula formidantur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.17.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.26, ll.7-9).
2. Munitio tractanda semper in otio est, quia tunc male quaeritur, quando necessaria iudicatur.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.48.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.131, ll. 25-26).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 1: De aduersitate et prosperitate (fol.137rb)

Cassiodorus epistolarum libro 4. epistola 47. **Mundanis siquidem rebus frequenter nascitur de aduersitate prosperitas.**[1] Libro 11. epistola 15. **Facile onus afflictionis sentiunt qui vti suauibus delitiis consueuerunt.**[2]

1. Mundanis siquidem rebus frequenter nascitur de aduersitate prosperitas et homines cum laedere cupiunt, beneficia frequenter impertiunt.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.47.7 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.174, ll.41-44).
2. Quapropter incolis harum rerum iure parcitur, quando amoena omnia delicata sunt ad labores et facile onus afflictionis sentiunt, qui uti suauibus deliciis consuerunt.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.14.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.444, ll.42-45).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 2: De fortuitis ac fatalibus accidentibus aduersitatis vel prosperitatis (fol.137vb-138ra)

Cassiodorus epistolarum libro 4. epistola 47. **Homines cum ledere cupiunt beneficia frequenter impertiunt.**

> Mundanis siquidem rebus frequenter nascitur de aduersitate prosperitas et homines cum laedere cupiunt, beneficia frequenter impertiunt.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 4.47.7 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.174, ll.41-44).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 3: De mutabilitate et caducitate prosperitatis atque aduersitatis ex inopinatis casibus fortuitis aut fatalibus (fol.138vb)

Cassiodorus epistolarum libro 10. epistola i. **Deus consueuit casus asperos in prospera commutare.**

> Adeo uobis, clementissime principum, distulimus hactenus indicare filii nostri gloriosae recordationis occasum, ne amantis laederemus animum per tristia nuntiorum: sed nunc iuuante deo, qui consueuit casus asperos in prospera commutare, illa magis elegimus in uestram deferre notitiam, de quibus nobis cum possitis participata exultatione gaudere: iuuat enim diuina munera diligentibus confiteri.
>
> Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII*., 10.1.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.384, ll.2-8).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 4: De naturali mutabilitate status cuiuscunque (fol.139va)
Cassiodorus epistolarum libro 3. epistola 49. **Humane res mutabilitate quatiuntur.**

Non est in mundo unum: humanae res mutabilitate quatiuntur.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.48.5 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.131-2, ll.38-39).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 6: De tristitia et merore (fol.140vb)
Cassiodorus epistolarum libro 5. epistola 44. **Grauiter siquidem dolet iniuria que contigerit inspirata: et si inde proueniat dolus: vnde credebatur auxilium peruenire.**[1] Libro 8. epistola 20. **Bonum insolitum plus amatur: et sequenti gaudio confert dulcedinem ipsa premissa tristitia.**[2] Libro 11. epistola 15. **Facile onus affectionis sentiunt qui vti suauibus delitiis non consueuerunt.**[3] 18 epistola. **Piaculum quodam est inter tristes velle gaudere. Et humanitatis refugit affectum qui dolorem non sequitur alienum.**[4]

1. Grauiter siquidem dolet iniuria, quae contigerit insperata et si inde proueniat dolus, unde credebatur auxilium.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.43.4 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., pp.220-1, ll.27-29).
2. Bonum insolitum plus amatur et sequenti gaudio confert dulcedinem temporum praemissa tristitia.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.20.2 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.325, ll.20-21).
3. Quapropter incolis harum rerum iure parcitur, quando amoena omnia delicata sunt ad labores et facile onus afflictionis sentiunt, qui uti suauibus deliciis consuerunt.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.14.6 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.444, ll.42-45).
4. Alioquin piaculum quoddam est inter tristes uelle gaudere, et humanitatis refugit affectum, qui dolorem non sequitur alienum.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.17.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.446, ll.7-9).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 8: De miseria et miseris (fol.141vb)

Cassiodorus epistolarum libro 5. epistola 29. **Necesse est vt amplius permoueat visa quam audita calamitas.**[1] 36. epistola. **Non est ignauie culpa quam excusat miseranda calamitas.**[2] Libro 10. epistola i. **Deus consueuit casus asperos in prospera commutare.**[3]

1. Mouit nos quidem Anduit fusa precatio, sed magis miserabiliorem reddidit uirum luminis sui ademptus ornatus, quia necesse est ut amplius permoueat uisa quam audita calamitas.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.29.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.205, ll.2-5).
2. Atque ideo allegationibus tuis diuitius perquisitis et ad rerum fidem deductis otium tibi non ignobile praesenti iussione largimur, quia non est ignauiae culpa, quem excusat miseranda calamitas.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 5.36.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.210, ll.6-9).
3. Adeo uobis, clementissime principum, distulimus hactenus indicare filii nostri gloriosae recordationis occasum, ne amantis laederemus animum per tristia nuntiorum: sed nunc iuuante deo, qui consueuit casus asperos in prospera commutare, illa magis elegimus in uestram deferre notitiam, de quibus nobis cum possitis participata exultatione gaudere: iuuat enim diuina munera diligentibus confiteri.
   Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 10.1.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.384, ll.2-8).